

STEGANOGRAPHIA:

Hoc est:

ARS PER OCCULTAM SCRIPTURAM ANIMI SUI VOLUNTATEM ABSENTIBVS

Monij

aperiendi certa;
AVTHORE

Seon

REVERENDISSIMO ET CLARISSIMO VIRO,

JOANNE TRITHEMIO, Abbate Spanheimensi, &

sub Columbo II Magie Naturalis Magistro perfectissimo.

Abbate

PRÆFIXA EST HVIC OPERI SVA CLAVIS, SEV
vera introductio ab ipso Au.thore concinnata;

R HACTENVS QVIDEM A MVLTIS MVLTVM DESIDERATA, sed à paucissimis visa:

Nunc vero in gratiam lecretioris Philosophiæ Studiosorum
publici iuris facta.

Cum Priuilegio & consensu Superiorum.

*Comparavit seipsum
in Conuicta
1712*



*J. Wolfgang Schauer
berger Benedict
ring Seonerfij. J. Thly.
et J. V. Studij.*

FRANCOFVRTI,
Ex Officina Typographica IOANNIS SAVRII, Sumptibus
IOANNIS BERNERI.

Anno M. D. C. VIII.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.



L E C T O R I S.

Monendus es, Candide Lector, literarum **R.** & **S.** (in hoc Opere aliàs numeris, aliàs characteribus, aliàs verbis vel in pagina superscriptarum, vel in margine adiectarum) illam rubricæ, seu rubri coloris, hanc vero atramenti, seu nigri coloris notam esse. Quin & hoc obseruabis : singulos singulorum capitum titulos itidem rubrica esse depingendos & ornandos. Cuius rei momentum è præfixa Operi Clauæ petas, licet. Vale.

Bayrische
Staatsbibliothek
München



INCIPIT LIBER

PRIMVS STEGANOGRAPHIÆ IOANNIS TRITHEMII AB-

batis Spanheimensis, Ordinis S. Benedicti,
Moguntinensis Diœcesis,

AD

SERENISSIMVM PRINCIPEM, DO-
MINVM PHILIPPVM, COMITEM PALATINVM

Rheni, Ducem Bauariæ, Sacrique Imperij Prin-
cipem Electorem, &c.



*ANTIQUISSIMOS Sapientes, quos Græco ser-
mone Philosophos appellamus, si quæ vel nature,
vel artis reperissent arcana, ne in prauorum homi-
num notitiam deuenirent, variis occultasse modis
atque figuris, eruditissimorum opinio est. Moysen
quoq; Israeliticæ gentis famosissimum Ducem in descriptione crea-
tionis Cæli & Terræ ineffabilia mysteriorum arcana verbis operuis-
se simplicibus, doctiores quique Iudæorum confirmant. Diuus etiam
& inter nostros eruditissimus Hieronymus tot pene in Apocalypsi
Ioannis mysteria latere affirmat, quot verba. Græcorum Sapientes
non parvæ apud suos æstimationis prætereo: nostrosque & Philoso-
phos & Poëtas doctissimos intermitto, qui fabulis cōscribendis ope-
ram nauantes, aliud imperitis, atque aliud eruditis hominib. vnus*

):(2

narra-

P R Æ F A T I O.

narrationis serie sagaci adinventione tradiderunt. Hos ego Sapien-
 tia studiosissimos amatores etsi propter ingenij tarditatem perfecte
 imitari nequeo: admirari tamen, & qua possum sedulitate legere nō
 omitto. Quia cum illos magna præ cæteris hominibus proprio studio
 excogitasse considero, me ipsum quadam violentia confricans, vt in-
 calecam, ad aliqualem vel cum nouissimis imitationem præceden-
 tium impello. Nec me penitus, vt reor, fefellit opinio; quippe qui &
 multa, quæ prius nesciueram, per continuum legendi studium didici:
 & cogitationibus meis ad inuestigandum secretiora & prorsus arca-
 na cæteris aditum reseraui. Nam etsi non sum tanta vel eruditionis
 vel industriæ, vt me illum antiquorum sapientum mysteria occultæ di-
 modū apprehēdisse ex omni parte ausim profiteri: modos tamē quos-
 dam & multos & varios, non penitus (vt mihi videtur) contemnē-
 dos reperi, quibus mentis meæ secretissimam intentionem alteri hanc
 artem scientiæ, quam latissime voluero, secure & absq; illusionē, suspi-
 cione, vel deprehensione cuiuscunq; per apertos vel nuntios vel literas
 possum intimare. Et huius secretissimæ artis adinventionē nouā ad
 instantiā Serenissimi Principis, Dom. Philippi, Comitis Palatini Rhe-
 ni, Ducisq; Bauariæ, ac Sacri Romani Imperij Principis Electoris
 semper inuictissimi, Philosophorū omnium sapiētissimi Mecœnatis, quo
 nullus mihi dignior visus est, cui hoc magnū secretū reueletur, literis
 cōmendauit, & non sine maximis laboribus in subiectum volumen
 cōportauit. Ne aut hoc magnū secretū in aures vulgarium imperitorū
 aut prauorum hominū perueniat; officij mei rationem existimaui non
 ultimā, ita illud, quoniā mysteria docet intelligere nesciētē, mysterijs
 obuoluere, vt nemo futurus sit ex imperitorū numero, nemo nisi stu-
 diosissimus, q̄ huius scientiæ arcanū sua possit virtute perfecte & ad
 intentionē nostram penetrare ad plenum, nisi per receptionem à do-
 cente,

cente,

P R Æ F A T I O.

cente, quã Hebræi Cabalam, mysterijs præpositã occultissimis, appellat. Nec minus Reipub. noceret huius secretissimæ artis in improbos & reprobos diuulgata notitia, quã prodesset in bonos. Quoniam quidẽ sicut boni & virtutum studiosi homines omnib. adiuuentis vtiuntur ad bonũ & communẽ utilitatẽ: ita mali & reprobi non modo ex malis, verũ & ex bonis atq; sanctissimis institutis occasiones sibi venantur, quib. deteriores fiant. Simile huic nostro secretissimo & alioquin utili Reipubl. atque honestissimo adiuuento cõtingere potest; vt sicut bonis & sanctissimis hominib. instrumentum se præbet ad optima, ita peruersis & impijs ministerium exhibeat ad scelerata. Nã sicut bonus & honestatis amator, voluntatis suæ secretũ, pro bono privato vel comuni, alteri hanc artem scienti, quando & quotiens voluerit, secure, secreta, & absq; aliqua suspitione cuiuscunque mortalis, perfecte, copiose & integerrime per patentes omnibus, apertas vel clausas literas (ita vt nemo, quantũlibet eruditus, aut curiosus, quicquã valeat suspicari de secreto mittentis; nec, etiam si suspicatur, deprehendere) omni tẽpore notificare potest, & ad quamlibet distantiam locorum intimare & exprimere: ita & peruersus quisq; lubricus, aut malitiosus, etiam Latini sermonis penitus antea ignarus, mox vt hanc artem consequutus fuerit (quam me docente in biduo ad longissimum consequi poterit) iam deinceps Latino sermone, compositione congrua literas scribes qualibet narratione apertas, pulchras & satis ornatas, ad me vel ad alium in hac arte peritum, quibus voluntatis suæ arcanum mihi soli peruium tantis mysterijs virtute Cabalistica obuoluet, vt à nemine penitus, quantumcunque studioso vel erudito, sine huius artis, de quibus sum dicturus, spiritibus valeat penetrari. Scriberet iam deinceps doctus & indoctus, vir & mulier, puer & senex, bonus & malus, pudicus & lasciuus, Latino vel quocunque sermone sibi noto, per omnia climata

P R Æ F A T I O.

mundi literas Latinas, Græcas aut barbaras omni suspicione carētes, quib. aliud nescientibus artē exhiberet in patulo, atq; aliud scientib. in occulto. Nec tuta inter cōiugatos fides contracta sacramento, hac scientia publicata in reprobos, iā deinceps maneret: dū vxor, licet Latini sermonis hætenus inscia, p̄ verba pudica, honesta atq; sanctissima cuiuslibet lingue vel idiomatis iam satis docta, malā & impudicam amatoris adulteri seu fornicatoris mentem & intentionem, licet viro perferēte literas ac collaudante, vt optimas, latissime intelligere, suumq; desiderium eodem modo, quam late & copiose voluerit, illi securissime eisdem vel alijs literis pulchra & satis admodū ornata serie posset remandare. Enimvero licet hac scientia in se sit optima, & Reipubl. satis utilis; tamen si ad prauorum notitiam perueniret, (quod Deus probibeat) totus Reipub. ordo per successum temporis non modice posset turbari: fidesq; periclitari publica, literæ omnes, instrumenta, conscriptiones, ipsi denique hominum sermones in grauissimam suspensionem verti: nemo iā literis, quantumlibet sanctis & honestis, absque pauore crederet, sed fidem epistolis rarus adhiberet. Quoniam quantumcunque honesta & pudica verba fuerint: sēper dolus, fraus, deceptio, subesse putaretur; fierētq; homines ad omnia pauidi, & non minus in amicos, q̄ in aduersarios vt plurimū suspiciosi. Nec fieri quisquam, etiam si mille vixerint annis, tā doctus & expertus in hac scientia cum suo doctore poterit, vt non relinquātur infiniti modi, secrete, occultissime & securissime in hac ipsa arte scribendi, & pro volūtate cuiuslibet alicuius experti operādi ad omnia sufficientes, quos ipse cū suo præceptore nondum apprehendit. Nā quemadmodū aerij spiritus boni & mali à summo Deo creati in ministerium & profectū nostrum (per quorū intelligentiam omnia istius artis secreta reuelantur) sunt nobis sine numero infiniti & penitus incōprehensibiles: ita nec huius artis nostræ, q̄ Steganographiā (se-

P R Æ F A T I O.

creta & arcana & mysteria, nulli mortalium, quantumcunq; studio-
 so vel erudito, patula continentē perfectē) appellamus, omnes modi,
 viæ, differētiæ, qualitates & operationes in æternum poterunt ad ple-
 num fieri penetrabiles. Est. n. hæc scientia chaos infinitæ altitudinis,
 q; nemo perfectē cōprehendere potest: quia quantumlibet in hac arte
 doctus & expertus fueris, semper tamen minus apprehendisti, quā
 illud est, quod nescis. Habet. n. hæc profunda secretissimaque ars eam
 proprietatē, vt discipulum magistro facile reddat incōparabiliter, vt
 ita dixerim, doctiorē: modo sit à natura ad procedendū dispositus,
 & in his, quæ in traditione Cabalistica percepit studiosus. Et ne quis
 huius opis lector futurus, cū in p̄cessu sæpe offenderit nomina, officia,
 ordines, differētiās, pprietates, orationes, & quaslibet alias operati-
 ones spirituum, per quorum intelligentias hæc secreta huius scientiæ o-
 mnia clauduntur & aperiuntur; me Necromanticū & Magum, vel
 cū demonib. pactū contraxisse, vel qualibet alia superstitione vsum,
 vel vtentē credat vel existimet: necessarium duxi & oportunum, fa-
 mam & nomen meum à tanta labe, iniuria, culpa & macula solen-
 ni protestatione in hoc prologo cum veritate vendicando præservare.

Dico ergo & coram Omnipotenti Deo, quem nihil penitus latere potest, &
 coram Iesu Christo, vnigenito filio eius, qui iudicaturus est viuos & mortuos,
 in veritate dico, iuro & protestor: Omnia & singula, quæ in hoc opere dixi,
 vel dicturus sum, omnesque huius scientiæ vel artis proprietates, modi, figu-
 ræ, operationes, traditiones, receptiones, formationes, adinventiones,
 institutiones, mutationes, alterationes, & vniuersa quæ ad eius speculati-
 onem, inuentionem, consecrationem, operationem & practicam, vel in
 parte vel in toto pertinent, & omnia quæ in hoc nostro volumine continen-
 tur, veris catholicis & naturalibus principiis innituntur, fiantque omnia &
 singula cū Deo, cū bona cōsciētia sine iniuria Christianæ fidei, cū integritate
 Ecclesiasticæ traditionis, sine superstitione quacūq; sine idololatria, sine omni
 pacto malignorū spirituum explicito vel implicito; sine suffumigatione, ado-
 ratione, veneratione, cultu, sacrificio, oblatione demonum, & sine omni cul-
 pa vel peccato tā veniali q̄ mortali: sū t̄q; omnia & singula cū veritate, recti-
 tudine, synceritate & puritate. Vt hui⁹ adinuentiois sciētia, & practica ad bonū
 vsum,

Protestatio
 seu iusurā-
 dū Authoris
 de artis hu-
 ius ingenui-
 tate, &c.

P R Æ F A T I O.

vsum. nō dedecet virum sapientē, Christianum bonum atq; fidelem. N. m
 & ego Christianus sum, & monasticæ conuersationi voluntarie addictus: cu-
 piūq; non aliter viuere & conuersari quam verum deceat Christianū & mo-
 nachum sub regulā. Diui patris Bened. Etī professum: ipsūq; fidem Catholi-
 cā secundum traditionem S. Romanæ Ecclesiæ suscepi à cunabulis, bapti-
 zatus in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, quam cum ipsa & vniuersali
 Christianū Ecclesia teneo, credo, & quā diu vixero, cū Dei auxilio semper
 inuolutā firmiter seruans, corde, ore & opere tenebo, nec vnquā ab ipsa de-
 uiare quacunq; occasione intendo. Procul ergo sit à me, aut discere aut doce-
 re aliquid, quod sit Christianæ fidei & puritati contrarium, sanctis moribus
 noxium aut regulari proposito quomodolibet aduersum. Deum timeo, & in
 eius cultum iuravi, à quo nec viuus, nec (vt confido) mortuus separabor.
*Hanc protestationē meam non sine causa toti huic operi nostro præpo-
 sui, propterea quod nouerim plures esse futuros: qui cum ea, quæ scri-
 psimus, intelligere nequeant, ad iniurias cōuersi, bona & sancta stu-
 dia nostra malis artibus aut superstitiosis adinventionibus sint con-
 cessuri. His, cum futuri sint, & omnibus quicumque hæc nostra syn-
 themata sunt lecturi, attente supplicamus, vt si hanc secretam tra-
 ditionem nostram intellexerint, perpetuo seruent occultam, nec my-
 steria tam miranda transfundant in publicum. Si vero non intelle-
 xerint (quod multis scimus futurum) discant prius, quam repre-
 hendant. Enimvero temerarium se iudicem ostendit, qui priusquam
 causæ veritatem agnouerit, profert de ea sententiam. Discite prius
 hanc artem, & postea iudicate: quam si nequiueritis intelligere, non
 ipsam (quia bona est) sed obtusa ingenia vestra reprobate. Scio e-
 nim & certus sum, neminem sanæ mentis hoc opus nostrum posse re-
 prehendere: nisi ipsū contingat penitus ignorare. Eos autem, quibus
 familiaris est sapientiam spernere, quam didicisse, nec opto nec vel-
 lem hæc mystica nostra penetrare.*

C A P.



C A P. I.

C **VIVS** CLAVIS ET OPERATIO TENE-
tur à spiritu principali Pamerfyel, anoyr madriel per ministerium
ebra sothean abrulges itrasbiel. Et nadres ormenu itules
rablion hamorphiel. Ad hos fit commissio o-
mnium cum exorcismo.

H **VIVS** primi capituli est multum difficilis & peri-
culis plena operatio, propter superbiam & rebelli-
onem spirituum eius, qui non obediunt alicui, nisi
fuerit in hac arte expertissimus. Nouitijs enim &
minus in arte probatis non solum non obediunt, sed etiam si ni-
mis vrgeantur, eos frequenter lædunt, & varijs illusionibus offen-
dunt. Maliciosi & infideles sunt super omnes alios aereos spiri-
tus, & nulli penitus nisi maximis sacramentis cõpulsì obediunt,
& secretum quod eis cõmittitur sæpè infideliter alijs ostendunt.
Nam mox vt emissi fuerint cum literis auolāt, & ad eum cui mit-
tuntur, sine ordine irrumpentes, sicut populus sine duce fugiens
de prælio, furiosi properant & aerem suo clamore replētes sæpè
omnibus in Circuitu mittentis arcana manifestāt. Consulimus
ergò, vt nemo in hac arte operaturus illos cõpellat, nec eorum
ministeria anxie requirat. Quia proterui & infideles sunt: cum
plures ex his quos consequenter dicemus inuenire possit satis
beneuolos, qui vltro sese offerant ad obediētiam paratos. Si quis
autem proteruiam eorum experiri omnino voluerit & probare
ea quæ diximus esse vera, hunc modum obseruandum nouerit.
Præparet chartam in quam scripturus est cum Inuocatione di-
uini nominis, in nomine Patris & Filij & Spiritus S. Deinde verò
scribat in ea quamcunque narrationem voluerit simplicem &

apertā, quam omnes legentes intelligant, latino, patrio vel quolibet alio sermone. Cum autem sederit ad scribendum versus Orientem, ita spiritus compellat. Pameriel oshurmy delmuson Thafloyn peano charustea melany, lyaminto colchan, paroys, madyr, moerlay, bulre + atloor don melcoue peloin, ibutsyl meon mysbreath alini driaco person. Crisolnay, lemon asosle mydar, icoriel pean thalmon, asophiel il notreon banyel ocri-mos esteudr naelma besrona thulaomor fronian beldodrayn bon otalmesgo mero fas elnathyn bosramoth. Hęc cum dixerit, videritque sibi spiritus ad obsequendum præsentes, continuet opus inceptum. Quod si nondum apparuerint, totiens repetat iam dicta, donec cōpareant: aut penitus intermittat, ne nimium compulsi lædant operantem. Cum autem literas compleueris, intentas mitte eas cum nuncio ad amicum in arte probatum, quas cum receperit, dicat istam coniurationem. Lamarton a-noyr bulon madriel traschon ebrasothea panthenon nabrulges Camery itrasbier rubanthy nadres Calmosy ormenulan, ytu-les demy rabion hamorphyn. His dictis mox intelliget mentem tuam perfecte, spiritibus iam vltro se cum impetu offerentibus & clamantibus, ita vt plerunque & alij præsentes secretum mittentis percipere valeant. Sed obserua, vt in omnibus literis quas mittis hac arte conscriptas proprium signum infigas, vt is cui scribis sciat, per quos spiritus sis operatus. Quoniam si ipse operaretur per alios ad intelligendum, & tu per alios ad mittendum nunquam in æternum obedient ei, sed pro indebita operatione & illum læderent, & secretum tuum minime reuelarent. Omnes enim spiritus quibus in hac arte vtimur, ordines & officia sibi commissa tantum custodiunt, & de aliis nullatenus intermittunt. Considera diligenter omnia quæ in isto capitulo diximus, & facilius poteris intelligere quæ in sequentibus dicturi sumus. Et vt ea quæ diximus comprobemus exemplo, ponamus intentionem nostram in sermone vulgari, quam consequenter notificabimus amico modo prædicto,

SIT ISTA INTENTIO MENTIS SECRETA Koth.
*alicuius principis, quam optat scire suum va-
 sallum absentem.*

Rzeber getreuer / wir seyn in willens / durch redliche
 vrsach die von Strahburg zubekriegen vnd mit ganser macht
 zuoberfallē auff nechst Mitwochen nach Viti vnd Modesti. Ist
 darumb vnser ernstliches begeren an dich / als du vns mit Aydt vnd Ge-
 lübde verwandt bist vnd zu getreuen diensten verbundē: Du wollest vff
 denselbigen Tag wol gerüst / nach deinem vermögen / vmb vier nach
 Mittentage bey Stauffenburg in dem Walde erscheinen [Hic ita e-
 rant literę positæ] weitem bescheide daselbst finden würdest / nach zus-
 kommen vnd nit außbleibē / Wollen wir in gnaden gegen dich erkennen
 vnd behalt diesen vnsern Anschlag bey dir in hoher geheim / etc.

AD NOTIFICANDVM HOC SECRETVM Koth.
*Vasallo cum latiori intentione mittentis scribatur
 sic vel alio modo:*

OMnipotēs sempiternę Deus qui omnia creasti ex nihilo, miserere nostri
 per vnigeniti filij tui in cruce morientis amarissimā passionē, qui cōce-
 ptus de spiritu sãcto sine cōmixtione virili natus est ex purissima sēper Vir-
 gine Maria tradensque se pro nobis voluntarie in mortem suo sanctissimo
 cruore animas nostras moriens de morte liberavit. Exaudi nos miseros o
 clementissime pater, & per eiusdem filij tui dulcissimi Domini nostri Iesu
 Christi sacratissimi sanguinis effusionem indulge nobis peccata nostra & in-
 funde cordibus nostris gratiam tuam, vt te in omnibus & super omnia syn-
 cero feruore diligentes mandatis tuis semper cum deuotione obediamus, &
 mutuo amore iugiter proficientes nihil dinceps amemus terrenum, nihil
 queramus caducū. Tu enim es Dominus Deus noster, qui nos ad imaginē &
 similitudinem tuam ab initio creasti cum non essemus: & per dilectum fi-
 lium tuum redemisti, cū perijssimus: quem mortuum pro peccatis nostris &
 sepul-

sepultum tertia die à mortuis resuscitasti, eumq; gaudentibus suis discipulis, viuū per dies quadraginta in multa consolatione ostendisti. Ipsum verū Deum & hominem, pura & firmissima confessione tecum in tua incircumscriptibili maiestate sine fine regnantem in sine mundi denuo credimus esse venturum ad iudicandum viuos & mortuos, & redditurum unicuiq; nostrum secundum opera sua. Per ipsum te rogamus, ò Clementissime pater, exaudi nos & miserere nobis nunc & in illa terribili hora, in qua per ipsum filium tuum iudicandi sumus. Respice in nos misericordissime Deus: sumus enim fragiles, & miserandi peccatores, bonis operibus nudi qui sanctissimā Maiestatem tuam peccando in multis offendimus. Sed misericordia tua cōuersi ad pœnitentiam pro peccatis nostris lachrymantes gemimus: per Iesum Christum filium tuum humiliter deprecantes, vt auertas indignationem tuam à nobis, indulgeasque nobis clementer transacta crimina, perducens nos presenti terminato exilio ad amœnitatem patriæ Cœlestis. Ioan. Tritheimius scripsit.

Huiusmodi narrationem simplicem & apertam vel aliam quamcunq; volueris quam omnes legant & intelligant & qua nihil contineat secreti, quamque non verearis in omnium deuenire conspectum, scribas in charta præmissa, quam diximus coniuratione Spirituū facie versa ad orientē, qua scripta intentionem tuam secretam quam volueris scire absentem corā spiritibus exprime, contestans eos vt agant fideliter, statimque auolabunt. Cū literas tuas acceperit is cui mittuntur, signo orientis cognito facie conuersus ad Orientem dicat coniurationem quam præmisimus: Lamarton, anoyr:

& statim intelliget tuam intentionem secretam quam
 Spiritibus commisisti
 pro certo.


AD

Roth.

LIBER PRIMVS.
AD SCIENDVM SPIRITVVM LOCA,
nomina & signa, nota subiecta.

SED cum sit necessarium omni operanti in hac scientia scire loca & nomina principalium Spirituum & signa, ne morantem in meridie per ignorantiam vocet ab Aquilone, quod non solum impediret intentum, sed etiam ledere posset operantem ponam tibi consequenter in circulo plagas in quibus principales Spiritus morantur, cum nominibus eorum & signis.

Rub.



In hac figura sculptoris incuria legitur Podiel pro Padiel & Cimuel pro Camuel.

Ecce iam habes plagas orbis vniuersas, quas nosse in operatione huius artis in presenti libro imprimis & ante omnia est necessarium, & sine quorum notitia nullus in arte sequetur effectus.

Rursus oportet te scire singulorum principalium Spirituum primos substitutos, quot sint in numero, quibus secreta mysteria committuntur: Ut scias eorum ordines, quomodo sint vocandi, & quomodo rursus emittendi ad officia sua, & quot ipsi habeant illuminatores in die, & quot

lucifugos in nocte, quosque amicos & quantos soleant formidare inimicos, & de his omnibus docebo te in presenti tabula, quae dicitur tabula directi-
onis.

		S.	N.	S.	N.	S.
Schw.	Roth.	⊖	1000.	10000.	100.	0.0.
Oriens.	Pamersiel.	⊖	10000.	200000.	10.	0.0.
Subsolannus.	Padiel.	⊖	10.	10.	10.	10.0.
Eurus.	Camuel.	⊖	10.	20.	10.	0.10.
Euroauster.	Asiel.	⊖	10.	20.	10.	20.0.
Auster.	Barmiel.	⊖	20.	20.	10.0.	10.0.
Austafricus.	Gediel.	⊖	20.	20.	120.	10.
Africus.	Asyriel.	⊖	30.	30.	10.0.	0.10.
Fauonius.	Maseriel.	⊖	30.	30.	0.30.	210.
Occidens.	Malgaras	⊖	40.	40.	0.40.	30.0.
Chorus.	Dorothiel.	⊖	40.	40.	0.30.	0.0.
Subcircius.	Vsiel.	⊖	50.	50.	80.0.	80.0.
Circius.	Cabariel.	⊖	50.	50.	80.0.	0.80.
Septentrio.	Raysiel.	⊖	10.	1000.	10.	100.
Aquilo.	Symiel.	⊖	1000.	180.	8.0.	00.
Boreas.	Armadiel.	⊖	10.	180.	810.	00.
Vulturinus.	Baruchas.	⊖				

Orientem hic velim intelligas non ubi Sol quolibet die oritur, sed eum locum in quo à principio creatus fuit, quem aequinoctialem appellamus. Nisi enim hanc considerationem obserues diligentissime, non poteris in hac arte habere profectum. Sed etiam nunc te seriem istius tabulae docebo ita, ut ex Vno spiritu intelligas omnes. Capiamus itaque Malgaras pro exemplo, per quem fit operatio huius artis in nono Capitulo presentis libri primi. Occidentalis est, signum eius est tale $\text{⊖} \text{---} \text{⊖}$, habet sub se triginta qui praesunt diei, & habent Imperium magnum fugandi Spiritus tenebrarum. His subiecti sunt alij 30. qui praesunt nocti & versantur in tenebris semper, nec veniunt ad lucem, nisi per imperium suorum principum, quibus omni tempore sunt subiecti. Et isti rursus sub se habent tanquam custodes & ministros pleno iure subiectos aliquando 30. aliquando 20. aliquando 10. & aliquando omnes, cum omnibus simul egrediuntur ad imperium suorum principum, tali scilicet ordine. Ut quot eorum numero per operantem Virtutum magnarum imperio vocati fuerint ex secundo vel tertio ordine, tot etiam seruitores

tores & custodes cum ipse veniant ad principalem, qui est Malgaras. Iteris sub istis sunt alij tanquam nuntij & ianitores: sine certo numero, qui saepe cum ipsis mixti conueniunt. Horum spirituum omnium nomina non tenemus. Sed quæ scire necessarium est operantem, in quolibet capitulo exprimemus. Et nota, quod omnes isti spiritus sunt cum suo imperatore principali quilibet in plaga orbis deputata sibi, ut patet in tabula.

CAP. II.

CVIVS PRINCEPS VOCATUR PADIEL
Subsolanus, habens sub se ministros diurnos 10000. nocturnos
200000. & alios multos subseruitores, quorum
incertus est numerus.



VM, sicut in præcedenti Capitulo diximus, Pameriel cum Spiritibus suis dictis, implacabilis & infidelis sit, nec obediat passim omnibus in hac arte operari cupientibus, sed vix in ea expertissimis: volumus in hoc præsentis Capitulo artem facere tutiorem, & modum operandi in ea demonstrare per Spiritus meliores qui sint beneuoli, prompti & hilares ad obediendum vocanti, qui debito modo & tempore vocati veniant sine mora: & quod eis fuerit commissum fideliter perferant sine omni fallacia. Primus autem principalis huius operationis imperator & præfidentis dicitur Padiel nomine Subsolanus, mansione orbiculari; quæ est prima mansio post orientem. Is habet sub se decem millia qui præsunt diei & omnibus operationibus huius artis diurnis, qui præcipiunt & educunt Spiritus nocturnos in tenebris latitantes, qui sunt numero ducenta millia, omnes fugiunt lucem & diem, præter vnum qui est nuntius ad Spiritus præfidentes: omnes boni & beneuoli sunt, nec lædunt operantem nisi sit malitiosus, vel minus in arte peritus. Non opus est omnes simul aduocare, sed pauci sufficiunt & aliquando vnus satisfacere potest operanti, siue operatio nocturna sit, siue diurna. Nam cum
 sint

STEGANOGRAPHIAE

sint beneuoli, quieti & tranquilli: frequentius soliuagi sunt, quã in multitudine tumultuosi. Cum ergo volueris operari per eos, & mentis tuæ secretũ alicui, quantumcunque absenti, per ipsos intimare: sic facito. Scribe in chartam præparatam antea debito modo, sicut scis, quamcunque narrationem volueris & in quacunque lingua; quia indifferens est: cum ille non ex charta, sed ex Spiritibus mentem tuam percepturus sit quam scribens, vertes te ad subsolanum, qua perfecta dicas istam coniurationẽ. Padiel aporsy mesarpon omeuas peludyn malpreaxo. Condufen, vlearo thersephi bayl merphon, paroys gebuly mailthomyon ilthear tamarson acrimy lon peatha Casmy Chertiel, medony reabdo, lasonti iaciel mal artj bulomeon abry pathulmon theoma pathormyn. Cum hæc verba cõpleueris, videbis duos vel ad minus vnũ è Spiritibus placidissime præsentem & paratũ obedire voluntati. Et huic committes secretum tuum, & fideliter perfe-ret illud quò iussisti. Cum autem literæ venerint ad eam cui mittuntur per nuncium, si solus est, bene, si cum aliis, secedat ad partem si potest, aut si non potest, versus ad subsolanum, dicat sub silentio istam coniurationem. Padiel ariel vanerhon chio tharso phymarto merphon amprisco ledabarym, elsophroy mesarpon ameorfy, paneryn atle pachumgel thearan vtrul vt solubito beslonty las gomadyn triamy mefarnothy. His verbis rite dictis statim Spiritus missus apparebit reuelans ei perfecte nullo alio percipiente quicquid illi commisisti reuelandum sine dolo & sine omni periculo. Nemo autem maliciosus & nequitiosus facile in hac arte poterit operari, sed quando quis melior & purior fuerit tanto ei Spiritus libentius & hilaritate maiori obediunt. Et quãdo hanc scientiam vnusquisq; magis occultauerit, tãto facilius operabitur. Et nota, quod iste Padiel cum Spiritibus suis est deputatus ad nunciandum secretas auisationes pro correctione malefactorum, incarceratione, punitione, sicut subiecto demonstraui-mus exemplo,

INTEN-

INTENTIONIS SECRETVM, QVOD Noth.

non literis, sed Spiritibus secunda mansionis
committatur.

DELATVS est quispiam apud principem, cui aliquod crimen imponitur laesa maiestatis vel quodlibet aliud: vult eum puniri per suum officialem à quo longe disiungitur sed ei scribere id ipsum non vult, ne manifestatis literis qualibet occasione reus fiat auisatus, & fugiat, vel coadiunctis sibi viribus amicorum resistat, vel quippiam contra principem aut patria leges moliatur sinistrum. Scribit hanc vel aliam quamcumque narrationem ad suum praefectum quam non vereatur ab omnibus legi: secretum vero committit Spiritui, eo modo quo praediximus, qui fideliter narrabit secretum eius illi, ad quem mittitur prius in hac arte institutum.

Sinceram charitatem. Mitto tibi orationem pro deuotione penitentium, satis pulchre compositam, breuemque, quam integra mentis mea beneuolentia in te sola possidere non voluit, & est talis ut sequitur. Libera nos Iesu Christe aeternae saluator bonorum omnium & indulge reorum delicta, gemitusque nostros exaudi, mitigans tempestates vitiorum, renouansque conscientiae vetustatem, ad aeternam nos reducito paradisum. Bone Iesu remitte nobis exorantibus peccata nostra: quoniam grauiter offendimus & saepe relapsi sumus. Dulcissime Saluator infirmitates nostras sana, quaesumus. Benignus esto rogantibus te Iesu piissime & nos famulos tuos supplicantes exaudi. Homines sumus assiduis miseriis inuoluti, maximisque tempestatibus immergi. Erue nos, tribulatorum consolator victoriosissime, quonia vita nostra assidua in faelicitate sepulta corrumpitur. Miserere tantum Iesu clementissime saluator, respice humilitate te amantium & non permittas demergi nos exules in luto & turpitudine vitiorum, in amore seculi. Hucusque torpentes iacuimus, vicijque innodati nostram parvipendimus salutem, futurique examinis minime recordati sumus. Benignissime Creator esto propitius famulis tuis, & salua lachrymantes quos decepit miserrima vanitas mundi, viam (proh dolor) Veritatis negleximus omnes, sed libera nos luto infixos exulesque: quoniam Saluator noster tu es Iesu, qui neminem despicias gaudium indeficiens & sempiterna faelicitas sanctorum es spes nostra, Christianorum gloria, Angelorum lumen, remunerator inuictorum Martyrum, corona virginum, honestas viduarum. Bone Iesu exaudi nos humiles, cla-

mantes ad te, libera nos de presenti exilio concedens nobis gratiam, ut sine fine uiuamus, uiuifica quaesumus non miseros seruos tuos exules, quos redemisti, ut Zelum Iustitiae uerum consequamur. Conserua nos omnipotens Deus, maiestas infinita, misericordia incircumscripta, aeterna salus nobilium animorum. Amen. Finis orationis Ioan. Trithemij Abbatis.

ALIA ORATIO, CUIUS CONIURATIO
Padiel melion, parme, camiel busayr, ilnoma, venoga, pamelochyn. *z p z r*

HANC quoque non indeuotam orationem accipito. Humanae salutis amator, uniuersorum Creator maximus, nobis indixit obedientiam mandatorum cui omnes tenemur obedire ex amore, praemium uero obedientibus promisit sempiternae faelicitatis tabernaculum possidere. Christi obedientiam inspiciamus, quam imitari curemus, ut ad aeternam faelicitatem nobis promissam ingredi mereamur, angelorumque consociari mansionibus sempiternis. Agamus paenitentiam dum possumus, tempus preciosum expendentes fructuose. Caueamus ne imparatos mors rapiat, quae concedere moram alicui recusat. Ideoque fratres agere paenitentiam non tradetis. Velociter enim ad uos mors ueniet: quam nemo uestrum diu euadere potest. Dies ergo uestros transientes conspiciate paenitentiam inchoantes, quando tempus habetis. Appropinquat hora decedendi hinc. O mors rerum terribilium terribilissima, quam uelociter nos miseros consumis incolatumque nostrum breuissimum multis iniuriis plenum miseris facis esse crudelem? Euigilemus miseri Christo Iesu Salvatore nostro piissimo nos exhortante & contestante, ut turpes negligentias arguamus, & bonis operibus iustitiae uias solicite custodiamus. Alme redemptor generis humani exaudi nos, ueniamque nobis tribue peccatorum. O pater misericordiae sis nobis propitius in omnibus aduersitatibus nostris. Sana domine infirmas animas nostras, quoniam tui sumus, presta nobis afflictis uermiculis requiem sempiternae amoenitatis, quatenus te semper aspiciendo laudemus. Amen. Ioan.

Trith. Spanheimensis edidi,

1500.

CAP.

CVIVS PRINCEPS CAMVEL, HABENS Roth,
sub se spiritus praesidentes diurnis operationibus 10. & nocturnis si-
militer 10. cum subseruatoribus totidem, quorum officium est
mittentis nunciare aduentum, Vias & Iter.

TERTIAE mansionis ad Eurum primus & supremus
 omnium Spiritus vocatur Camuel, valde beneuolus
 & promptus ad mittendum suos substitutos ad eum
 qui in hac scientia secundum formam debitam opera-
 tur. Paucos quidem habet ministros, sed omnes bonos, volunta-
 rios & fideles, videlicet decem, qui praesunt diei & totidem qui
 praesunt nocti, qui semper bini mittuntur ad operantem ex v-
 troque ordine, cum hi qui praesunt diei, non fugiunt tenebras, nec
 illi qui praesunt nocti, lucem. Semper ubi necessitas expostulat in
 omni commissione operantis alter iuuatur ab altero: & quando
 apparent visibiles, tunc vnus cernitur in habitu pulchro mixti
 coloris, & alius in forma lucidi splendoris astate consuevit. Sa-
 pe tamen apparent solo effectu sensibili quidem, sed non
 videntur, nisi cum ita placuerit operanti. Iste vero Camuel cum
 ministris & subseruatoribus suis auctoritatem habet atque virtutem
 nunciandi absenti amico statum, voluntatem, conditionem, vi-
 am, itinera, aduentum, & recessum mittentis, quando voluerit
 ipse qui operatur in hac arte. Cum ergo volueris, operarisque pro
 tua voluntate, per angelos huius mansionis: oportet te scire in-
 primis, qui sint decem angeli Camuelis qui praesunt diei & quot
 quilibet eorum habeat substitutos, & ita similiter de nocturnis:
 quod ut scias perfecte: presentem tabulam considerabis.

Schw.	Roth.	S.	℞.	℞.	℞.	℞.	℞.	℞.	℞.
Orpeniel 10.	Citgara 100.	Daniel 10.	Dobiel 100.	Azimo 10.					
Camyel 100.	Pariel 10.	Omyel 10.	*Nodar 10.	Tediell 0.					
Budiel 10.	Cariel 10.	Asiniel 100.	Phaniel 10.	Moriel 0.					
Elcar 10.	Neriel 10.	Calym 100.	Meras 100.	Tugaros 0.					

*Magis
 videbatur
 legendum
 Noctar.

Hic habes in tabula 10. angelos Camuelis qui praesunt diei cum
 substitutis suis in numero, & totidem qui praesunt nocti, cum

his quoque subseruientibus. Vltimi autem sicut cernis nullum habent substitutum, quoniam o. sicut nosti, nihil omnino significat in numero. Cū ergo volueris per istos angelos operari, præpara chartam tuam, sicut moris est; & versus ad Eorum scribe quamcunque narrationem, & in quacunque lingua volueris, quæ non sit necesse occultari: qua perfecta, legas sequentem coniurationem tacite. Camuel aperoys, melym meuomanial, casmoyn cralty busaco aeli lumar photirion theor besamys, aneal Cabelonyr thiamo vesonthy. Completa hac coniuratione sub silentio, fac commissionem tuam spiritibus, qui præsto sunt, quemadmodum nosti; & emitte eos, omnia sub silentio & extra tumultū, si fieri potest, operans, postea da literas cui volueris nuncio perferendas, apertas vt libet, & vadat, quia Spiritus non negligent officium suum, siue cito veniat nuntius, siue tarde, de quo nullum sit tibi dubium, qui fideles sunt. Oportet autem vt scias, quem Spiritum mittere velis ex prædictis, quatenus in coniuratione nomen eius statim post principalem exprimas, & hoc in omnibus operationibus, in quibus angelorum mittendorum nomina in ipso capitulo ponuntur. Sed iam ponamus dictorum à nobis similitudinem super his, quæ pertinent ad officium Camuelis & Spirituum eius subiectorum.

Noty.

SIT ISTA MENTIS MEAE INTENTIO

secretissima, quam per Spiritus prædictos velim scire absentem.

S*vm Romæ positus, intelligo ex consilio secretissimo summi pontificis, Romanum imperium ipsum velle transferre in Francos. Cupio auisare Germaniæ principes: per nuntios nequeo quibus non confido: literis nequeo, quia in omnibus Ciuitatibus Italiae sunt in portis deputati, qui scrutantur transeuntes exactissime. Scribo ergo vnā orationem deuotam, quam mitto per nuntium apertam, cū alijs familiaribus literis clausis ad eosdem principes. Compello Spiritus tertie mansionis & præcipio eis vt literas mittendas sequantur. Et cum à recipiente vocati fuerint, reuelare ei nō obmittant secretam intentionem meam, quam litteris commendare nō audebam. Veniunt, vadunt obediunt. Omnes morimur, quoniam omnes hereditarium reatum originalis noxæ contraximus: nemoque viuit non mori-*

turus in breuissimo tempore: contraximus delictum originale in Adam & Eva. Morimur autem morte corporis omnes homines propter temeritatem Matris Eue miserabilem. Mortem vero animæ Victor mortis Iesus nos liberando fugauit. O Iesu Christe crucifixe, respice humilitatem nostram quoniam miseri sumus, infelices, multisq; tribulationibus vexamur. Ergo clementissime Rex cælorum petimus concede nobis contritionem, veniamque omnium peccatorum propter humilitatem tuam eximiam qua redemisti nos de inferni ærumnosis tenebris, noxiisq; passionibus. O beatitudo nostra Iesu clementissime, o dulcissime amator Innocentia quid retribuam tibi. Tu sanctus & innocens pro nobis pateris. Quo fugiemus cum veneris ad rationis examen? Venies cum potestate reddere mercedem unicuique secundum conscientiam suam. Eruntque tibi nuda omnia: nec te aliquid latebit, cuius non habeas notitiam. Ergo viuentes agite fratres pœnitentiam, districtumque Dei omnipotentis examen operibus misericordie præuenite.

Tergite fletibus crimina & pauperum labores subleuantes, Deum vobis efficite placabilem. Quoniam benignus est inuocantibus eum. Ergo, dum tempus est, querite misericordiam eius. Semper gratias agite ei qui redemit vos Iesus Christus crucifixus pro hominum salute timentium dominum.

SIT ALIA FORMA SECRETORVM ISTA, Koth.
 quæ committatur Spiritibus.

Secretum manet in mente mea repositum, de aduentu meo adamicum vel amicam in proximo secreto. Non audeo scribere hoc ipsum, ne palam fiat, quod causa vetat ardua, nec demandare per nuntium, quod idem periculum: voco spiritum, committo rem, venit, vadit, perfert secretum secretissime, tuus sum ego literarum forma quas mitto sit ut libet familiaris, ne desit occasio.

Salutem D. Lator presentium frater Arnoldus Bostius plura composuit admiranda volumina de variis rebus, ut in libro nostro tibi dudum transmissio inter alia multa, qui prænotant de ecclesiasticis scriptoribus, reperies scriptum in fine, ubi sit mentio viuentium. Hunc tantum virum, religione & artium venustate notabilem tuam sinceritati, charissime fautor, commendo & plurimum rogo, quatenus recipias ipsum ea qua omnes in amicitia nobis coniunctos suscipere familiaritate consueuisti. Reserabit tibi arcana multa natura, teq; conuersatione dulcissima oblectare poterit, si volueris. Meum de magicis experimentis codicem quem habes mihi oro quantocyus curato remittere,

mittere. Volumen Synesij virtute spirituum mittam tibi mox cum mihi experimēta mea remiseris. Curate ipsum ut valeas. Mihiq; saepe rescripto. Data in Spanheim sexto Iduum Martij. Anno dominice Incarnationis M.D. Ioan. Trith. Abb. — Recipiens autē literas is ad quem spiritū misisti, faciat quod in hac arte nouit esse faciendum: & signo orbiculari cognito se vertat ad Eurum subq; silentio istam dicat imprecationem.

Camuel Busarcha, menaton enatiel, meran sayr abasremon, naculi pesarum nadru lasmon enoti chamabet v se ar les ponty abru lmy pen sayr thubarym, gonayr asmon friacha rynon v try hamerson buccurmy pedauellon. His dictis accipiat literas denuo in manum respiciens versus Eurum ut nosti. Notandum vero quod isti spiritus omnes cum suo principe sunt ad Eurum & propterea oportet, ut se illo vertat omnis qui operatur per illos: aut si non potest, literas saltem illo versus cum receperit reponat. Obserua & intellige quae diximus tibi.

C A P. IV.

Koch.

CVIVS PRINCEPS ASELIEL MORATUR
ad Euro-austrum, habens sub se 40 principales substitutos
cum seruatoribus eorum: & praesunt his quae pertinent ad amorem.

QUARTA mansionem ab Oriente in Euro-austro tenet magnus princeps Aseliel cum spiritibus suis, quorum decem praesunt operationibus in hac arte diurnis, & 20, nocturni. Horum omnium potestas & officium est nuntiare ea quae pertinent ad amorem mulierum. Habent autem hi 30, tanquam principales sub se, & totidem alios quos mittunt per ordinem ad officia sua, cum fuerint operantem debito modo vocati. Rursus sub istis iterum sunt alij, quorum magnus est numerus. Tu autem cum volueris per principem huius mansionis in Steganographia operari, non opus est omnes subiectos ei spiritus aduocare, sed sufficit tibi vnus aut duo, siue operatio sit nocturna siue diurna. Dicam ergo tibi paucorum nomina, cum numero subseruientium eis. Ex quibus semper aduoces vnum aut duos quos volueris, nec pluribus indiges, nisi operatio pro diuersis. Haec est tabula.

<i>Mariel</i>	20	<i>Cubiel</i>	20	<i>Asphiel</i>	20	<i>Melas</i>	20	Nom. rubi.
<i>Charas</i>	20	<i>Aniel</i>	20	<i>Curiel</i>	20	<i>Sariel</i>	20	Num. nig.
<i>Parniel</i>	20	<i>Asabel</i>	20	<i>Chamos</i>	20	<i>Othiel</i>	20	Nom. nig.
<i>Aratiel</i>	20	<i>Arean</i>	20	<i>Odiel</i>	20	<i>Bufar</i>	20	Num. rubi.

Habes iam ecce sedecim principes ex maioribus, qui sunt sub Asiel magno, quorū octo præsunt diei, & octo præsunt nocti, & quilibet ex eis habet 20. subiectos famulos, quos mittunt ad officia sua, quotiens necessariū fuerit. Principes omnes boni sunt & ad obediendum beneuoli atq; promptissimi: sed famuli eorū non omnes, quoniā superbi & implacabiles aliquando sunt, maxime ad eos quos considerant in arte minus esse pfectos. Isti vero sedecim principes eum subditis suis ad omnia nuncianda tibi sufficiunt, nec opus est, te plures vel nosse vel aduocare. Cum autem volueris operari in Steganographia per Asielem, pro premissis in arte consuetis obserua locum mansionis eius, qui est in Euro-austro, & voca vnum ex spiritibus supra dictis pro tempore suo, quemcunq; volueris. Hæc est coniuratio. *Asieliel aproyfy, melym, thulnear casmoyn, mauear burson, charny demorphaō, Theoma asmeryn diuiel, casponti vearly basamys, ernoti chaulorson.* Completis ex more coniurationibus subiunge cætera quæ sunt ex more in arte facienda, & consequetur effectus operationis tuæ certissimus, Ponamus exemplum.

Fingamus mentis tuæ arcanū. Habes amicā in cuius amore detineris, nec minus ipsa: sed accedere aut alloqui nō potes eā propter custodiā suorū. Inuenisti tandem cōsiliū quo ipsa potiri valeas, sed eam est auisare et prius necesse: per te non potes, literis non audes ne in manus aliorū deueniant: nuntijs aut vetulis rem non decernis cōmittendam, ne te postea reddant notū. Rem ergo arte per tempus occulta, quam fieri palā non posse confidis. Vocas ministros artis inuisibiles, scribis literas in nullo suspectas ipsasq; mittis ad amicā et per ipsos custodes, laudāt scriptū, præbēt amicę legendū: illa signū recognoscens nunciū aduocat occultū, audit cōsiliū, remandat consensū: accedis, intras, potiris.

Mors Iesu Christi genus humanū viuificauit, cuius vita innocēt et afflicta liberauit nos ab omni calamitate, Ergo honoremus humilitatem eius in nobis

nobis resistendo tentationib. vitioru m, instandog, in omnib. bonorum epe-
rū. Christus Iesus saluauit animas nostras. Gratias dicamus aternas nostro
redemptori pyssimo, quoniam omnes reduxit ad tutas exuias, cuius nomē
cum feruore laudemus omni tempore, praecoccupantes faciē sanctissimam e-
ius nostris orationibus; viuamus virtuose in amore rectitudinis, abijciētes
tumultum mundalium negotiorum, iusticiae normam sequamur, vitijs no-
xiis resistamus deuotissime, lachrymisq, negligentias abluamus in maxima
solicitudine memores futuri iudicij, cuius inastimabilis horror inferni pœ-
nis nequaquam inferior. Anno Dominica natiuitatis M. D. 6. Id. Mar-
tij. ~ Cum has similesue acceperit literas is cui mittuntur in arte peritus
faciat quod nouit secundū eius instituta faciendum, vertatq, se ad aspectum
Euroaustri. Cuius hoc signum ~ & legat contestationem spirituum quae est
talis: A seliel murnea casmodym bularcha vadusyn aty belron diuiel arse-
phonti si pa normys orleuo cadon Venoti basramyn. His contestatis cōtinued
operationem artis, & audiet secretum mittentis.

CAP. V.

Noth. **C**VIVS PRINCEPS SUPREMVVS, BARMIEL
nomine, moratur in Austro, habens sub se 10. principes, qui praesunt
diei. & 20. qui praesunt nocti cum seruatoribus eorum: & sunt super
secretis nunciandis, quae pertinent ad traditiones castrorum.



QVINTAE mansionis in Austro ad meridiem prin-
ceps magnus vocatur Barmiel, habens sub suo do-
minio principales duces 10. qui praesunt diei cum
subseruatoribus eorum & 20. numero, qui praesunt
operationibus nocturnis cum famulis eorum. Qui ideo plures
sunt numero, quam diurni; quia frequentius operatio huius
mansionis fit in nocte quam in die. Eorum enim officium est
nuntiare secretas traditiones castrorum & ciuitatum, maxime
temporibus nocturnis. Tu autem cum volueris in hac arte ope-
rari per Barmielem; voca vnum ex principibus eius, quemcun-
que volueris: statim veniet ad te cum 20. seruatoribus, quia nun-
quam solus aut cum paucioribus incedere consuevit aliquot
principum huius mansionis. Secretum, vero tuum non famu-
lis quia superbi & malitiosi sunt, sed principi committe, quia
bonus,

bonus, placidus, fidelis, & multum beneuolus est. Sed iam nominabo tibi ex ipsis principibus diurnis octo & ex nocturnis similiter octo, qui sunt meliores & promptiores ad obediendum, nec pluribus indigemus.

Schw.	Roth.	R.	S.	S.	R.	R.	S.
Sochas	20.	Acterar	20	Barbis	20	Marcaiꝛ	o.
Roth.	Schw.	S.	R.	R.	S.	S.	R.
Tigara	20	Barbil	20	Marquus	20	Baabal	o.
Schw.	R.	R.	S.	S.	R.	R.	S.
Chansi	20	Carpitel	20	Caniel	20	Gabir	o.
Roth.	Schw.	S.	R.	R.	S.	S.	R.
Keriel	20	Mansi	20	Acreba	20	Astib	o

Habes 16. spiritus, quorum duodecim quilibet habet 20. ministros, cum quibus solent apparere vocanti. Reliqui quatuor, quibus o. quod nihil significat suppositum est, nullum habent subseruientem, sed semper soli veniunt & sunt in ministerio suo fidelissimi & impigri ad omnia quæcunq; mādaueris eis. Volens itaque operari per aliquem eorum, præmissis his quæ sunt in arte præmittenda, dicas coniurationem istam ad Austrum. Barmiel buras melo charnotiel malapos veno masphian albryon, chas-mia peluo morophon apluer charmya noty Mesron alraco caspiel hoalno chorbē ouear ascrea cralnoty carephon elcfor bu-mely nesitan army tu faron. Postquam imperationem compleueris, spiritui apparenti quem vocasti commenda secretum, literas autem mitte per quemcunque volueris, & qualescunque volueris. Sed vtamur exemplo.

PONAMVS SECRETVM REGIS, QVOD Roth.
non sit confidendum alicui quouis modo.

REx quispiam aut princeps obtinere ciuitatem aut munitionem armis nō valet, quā cupit, rem arte pertemptat, corrumpit mercede custodes, consilium nulli confidunt, nec literis quidem, ne deprehensus ille nō consequatur intentum, isti mercedē cum vita amittant. Ad Mansionē Barmie-
C lis se

lis se princeps cōuertit, vocat spiritum nūtiū, committit occultum: venit ille, perfert nuntio, capitur nocte, non scitur quomodo. Pro his si placet fingamus literas in nullo penitus metuentes lectorem.

Not.

Iuste viuendo fœlicitatē consequemur: soli namq; exaltandi humiles, soli temerarij cōdemnandi. Si fœlicitatē requiris, eternam iustitiam tene, & altissimā gloriam consequeris. Feruentissimus Zelator veritatis esto & non amaueris mendacium, corrumpens honestatem, animiq; temperantiā dissoluens: fuge vanitatem mundi, quoniā breuissima est. Amator esto Iustitiæ & neminem supplantas iniuste. Cōle virtutes, vitia fuge, iustitiæ libertatem tuere, omnem insolentiā caue. Semper humilis esto. Saluatorem animarum nostrarū dilige: qui diligit eum, nequaquā morietur infœliciter. Contemne gloriam repente transitoriā, ama beatitudinem sanctorum eternaliter non corrupendā, fuge solcite insidias hostis nostri antiqui, quem vincet nunquā intermittenda deuotionis humilitas. Esto vigilans vt carnis ardore nō vincaris, viriliter iustitiæ semitas defende, rectitudinisque Zelū intrepida perseuerantia tenendū memineris. Gloriam inanem semper fuge tanquam venenum. Paradisi Dei amœnitatem contemplare semper manentē Gaudia seculi cito transeunt, hodie letus, cras omnibus spoliatus emoritur. Fuge Zelum vitiosum amaritudinis, fuge superbia tumorē, quoniā vtriusq; reatū perpetuis malis esse obnoxium nō ignoras. Omnis superbus odibilis Deo: moriens sine intermissione cruciandus nunquā consolabitur. Quid deniq; exspectabunt superbi nisi lamentū? Ergo vae vobis elati, aeterno supplicio digni tenebrisq; & horroribus reseruati sempiternis. O vanitas vanitatum mundi, exterminatrix luminis animarū, decepatrix exulū, inferni reseratrix perniciosa. Io. Tritth. Abbas Spanheimensis scripsit Id. Martij M.D. —

Recipiens literas, cognito signo Barmielis se mox vertat ad Austrum vel quā primum potuerit. Non enim periculum, quo ad obediētiam spiritus, ex mora nasci poterit: etiamsi multa fuerit interposita. Nam quando vocant, semper venire consuevit, siue cito siue tarde, etiam post dies multos vocent. Hæc est eius Coniuratio, ijs præmissis quæ ars ex postulat agenda.

Barmiel any casleon archoi bulesan eris, Casroy molaer pessaro duys anale goerno mesrue greal cusere drelnoz, parle cusureti basriel astymaraphe neas lo, carnos erneo, damerosenotis anycarpodyn. Hanc Coniurationē cum dixerit, sicut oportet versus Austrū, audiet & intelliget mentē tuā, quā nō literis sed spiritui cōmisisti: si ad aliā plagam se verterit, nunquam intelliget.

CAP. VI.

CVIVS SVPREMVS PRINCEPS GEDIEL
in Austro-africo mansionem agens, sub se habet 20. in die, & totidem in nocte cum seruatoribus eorum, qui officium annuntiandi ea, quæ præcauenda, pericula habent.



EXTÆ mansioni quæ est in Austro-africo præsidet princeps magn⁹ Gediel qui habet sub dominio suo alios duces principales 20. in die, & totidē in nocte cum multis seruatoribus eorum. Horum officium est nuntiare omnia quæ pertinent ad auisandum amicū de quocunq; imminente futuro periculo, & maxime ad principes pro defensione patrię, castrorum & ciuitatum; & ad omnia nuntian- da quæ profunt amicis, & his quibus fauemus, ad salutē: nec non & contra inimicos & aduersarios quoscunq;. Ad hæc omnia non est necessarium aduocare 20. principes, sed duo sufficiunt cū seruatoribus suis, quos vt noscas ex nomine, consequenter aliquos ex eis numerabo, videlicet octo pro die, & octo pro nocte.

Schw.	Roth.	S.	R.	S.	R.	S.	R.
Coliel		Sariel		Reciel		Aroan	
	20		20		20		20
Naras		Rantiel		Sadiel		Cirecas	
Roth.	Schw.	R.	S.	R.	S.	R.	S.
Sabas		Mashel		Agra		Aglas	
	20		20		20		20
Assaba		Bariel		Anael		Vriel	

Primo antequam procedamus ad operandum, noueris, quod semper ad minimum duo spiritus vocandi sunt, cum 20. famulis suis, sine quibus nusquam procedunt, licet non semper omnes appareant visibiles. Sed de hoc non est curandum; modo tu consequaris per eorum ministerium inuisibile quod intendis. Cum ergo per eorum ministerium uolueris aliquid in Steganographia operari; conuerte te ad Austro-africum; quoniã omnes ibi cum principe suo Gediel omni tempore morantur: & fac, quæ nosti secundum ordinem esse facienda. Hæc est Coniuratio:

Gediel asiel modebar mopiel, casmoyn, rochamurenu proys
nafaron atido casmear vearfy maludym velachain demofar o-
riel masdurym sodiuicel mesray feor amarlū, laueur pealo netus
fabelron. His completis erunt duo principes nominanti vocati
præsentes, boni, beneuoli, & securi: quos non debes timere: sed
committe eis confidenter, quicquid volueris: & mandatum tu-
um fideliter implebunt: hoc signum erit rubrum.

Roth.

HABEAS IN MENTE TUA TALE SE-
cretum, quod literis commendare non
audes.

*S*VM principi meo pro multis in me beneficiis obnoxius aduersariorum e-
ius secreto percepi consilium per insidias & traditionem capiendi hac no-
te castellum. Principem auisare meum cupio: literis nequeo, cum scrutiniū
transeuntium per hostes fiat in via: per nuncios nequeo, quia nulli penitus
meum periculum scio credendum. Vocabo spiritum, committō secretū, mit-
to literas tantum pro forma quascunque voluero, ut nouerit princeps quis
sit vocandus: & ex spirituum numero (quia sine literis alioquin nesciret
missum à me spiritum) vadit iste, nunciat: princeps praoccupat castrum.

Roth.

SIT FORMA LITERARVM ISTA
vel alia; quam cum legerit, ire pro-
hibeat.

*S*VMMA humani generis nobilitas summaque virtus est Deū pure ama-
re, ipsius gloriā quarere, & eum rectitudine mentis adorare. Humilitas
enim puri cordis regnabit in Caelis patientia sublimabit, sola mens hominis
nudi. Deum timentis diligentisq; ad nobilitatem veram constituetur. Deū
ama, mundum sperne, seculum iniquitatum fuge, ama religionem, frater-
nam charitatem, pacis vinculum, recteque conuersantium unitatē. Chri-
stus in Euangelio monet: Non oportere nos sollicitari circa humanas curas
superfluas. Habentes (inquit Sanctus Apostolus) necessaria tantum, simus
contenti. Habeamus itaque. Dei amorem & Zelum iustitiae: quoniam vere
solida diuitiae sunt, puritas animi, simplicitas cordis, negligētia honoris ter-
restri

veni, venustatis emundatio, morumque sanctorum institutio. Simus intenti operibus bonis, ne vitia nos obruant, viuamus innocentes in omni rectitudine tanquam crastino morituri. Deum amemus purissimo corde, seruantes solícite mandata eius cum humilitate pro peccatis lugeamus, omni tempore piissimum Sáluatorem deprecantes quatenus nobis vitia remittat, sui amorem cordisque humilitatem infundat. De seramus istius mundi concupiscentias & vanos falsosque honores obitum nostrum sedulo cogitantes. Viuere virtuose, proximum diligere, iniuriam nulli facere, Deum timere, elemosynas dare, famelicos reficere, bonos defendere, prauorum vitia redarguere, orationibus insistere, gloriam mundi contemnere, lectionibusque incumbere, thesauri Christianorum sunt. Vana enim gloria mundi repente ruitura est, falsa etiã diuitiæ, quas breui exspirantes relinquemus inuiti, sola iustitia est nostra fœlicitas. In nostra humilitate sit gloriatio & diuitiarum possessio nobiscum omni tempore mansura, memoria mortis, timor iudicij & nostrorum recordatio peccatorum. ⇨

Cum has vel quaslibet alias literas nullum continentes secretum princeps acceperit meus; viso signo Gedielis nouit quo sit vertendum, & quis vocandus Spiritus.

Coniuratio.

Gediel aprois camorety moschoyn diuial palorsan, sermel, asparlon Crisphe Lamedon ediur cabosyn arsy thamerosyn. His dictis, vt oportet, subiunctisque nonnullis quæ sunt in arte necessaria, spiritu reuelante, non litera, mentis meæ secretum, sciet arcanum, & præoccupat inimicum.

CAP. VII.

*CVIUS PRINCEPS SUPREMVVS EST ASI-
riel, cuius mansio est ad Africum, habens sub suo dominio duces*

*20. qui præsunt diei, & totidem qui præsunt nocti: quo-
rum officium est nunciare consilia princi-
pum amicis.*



SERTIMÆ mansionis princeps primus & supremus vocatur Asriel, & habitat in ea plaga orbis, quam appellamus ad Africum, habēs sub se 20. principes, qui præsunt diei, & totidem, qui præsunt nocti: qui

omnes sub se multos habent famulos. Si duo duces vocentur ab operante ad ministerium artis ex diurnis; semper 20. famulos habent seruietes sibi: similiter & cum nocturnis fit. Quare si vnū vocaueris tantum ex principibus, maxime nocturnis: non 20. sed 10. famulos eum habere duntaxat comprobatur. Diurnos nō vocabis, nisi ad minimum duos; quoniam soli venire nō consueuerunt: ex nocturnis vnū vel duos, sicut placuerit, aduocare poteris. Si vocaueris duos, 20. si vnum, 10. famulos in coniuratione ex more noueris esse addendos. Et vt scias, qui soli, & cum socio qui sint vocandi; tabulam considera.

	Koth.	S.	R.	S.	R.	S.	R.
S.	Astor	Buniel		Arcifat		Cusiel	
	20.		20.		20.		20.
	Carga	Rabas		Adriel		Malqueel	
	Koth.						
	20	20	20	20	20	20	20
	Schw.						
	20	20	20	20	20	20	20
R.	Schw.	R.	S.	R.	S.	R.	S.
	Amiel	Miroth.		Budar	10.	Fassua	10.
	20.		20.				
	Cusiel	Omiel		Aspiel	10.	Hamas	10.

Horum spirituum qui sunt principales inter 40. habent officium nunciandi secreta consilia principum subditis suis & amicis; ex diurnis habes ceto, & ex nocturnis totidem cum multis seruatoribus suis, qui sufficiunt ad omnia; nec ceteros vocare opus est. Diligenter obserua, vt cum vocas vnum vel duos principes ex nominatis, iam numerum seruatorum eorundem in carmine exprimas: sunt enim superbi, & mirabiliter placet eis, quod multis dicantur præesse clientelis. Cum ergo volueris per ipsos in Steganographia operar; verte faciem ad Africum, & fac quæ nosti esse facienda cum diligentia: vt nihil penitus obmittas eorum quæ pertinent ad artem. Coniuratio: Afiriel aphorsy Lamodyn to Carmephyn drubal asutroy Sody baruchon, vleser palormy thulnear asmeron chornemadusyn coleny busarethon duys marphelitubra nasaron venear fabelronty.

His completis, adstabant ibi vocati: quos vt discernas; scito, quod principes communiter solent apparere in habitu aereo, id est, Sapherino: famuli autem in albis. Secretum vero tuū committe ipsis principibus, quia fideles sunt. Habent autē illam consuetudinem inter se omnes duces, vt, quando alloquitur eos operator, tunc statim famulos emittant: imo per se recedant, ne audiāt commissionem. Cessante illo loqui ad principes, iterum famuli astare videntur.

Sit principis tale secretum, quod nulli credat perferendum.

Koth.

CONSILIUM principis magnum & secretissimum de rebus arduis & maximis est. Vult illud scire principem aliū quempiam amicum, eo quod causam habeat: sed timet venire cum maximo periculo sui suorumque in publicum: si autem nuntio committatur, ne tradat, aut literis, ne legantur ab aliquo. Vocat ergo spiritum, qui non reuelabit arcanum: committit, emittit, perficit, securus est.

Literas mandat in nullo suspectas, nec publicum in aliquo metuentes.

Koth.

IESV Christe Lumen indeficiens, omnium sanctorum aeterna beatitudo. Creator vniuersitatis & rector miserere nobis. Nos infirmi, gementes & flentes misericordiam tuam rogamus. Largire nobis virtutem vincendi temptationes diaboli, vt deuictis presentibus malis, requiem consequamur. O Saluator dulcissime Iesu remitte peccata nobis orantibus. Tuæ enim sumus, clementissime pater, creatura humiles: respice nos miseros inutilesq; famulos, quoniã tibi famulari totis viribus optamus. Fac nos habere amoris tui feruorem, bonis exornatum operibus in nobis semper. Da nobis veras virtutum operationes, obseruantiam iustitiæ, reëctitudinisq; inseparabilem amorē: fac nos veraciter esse humiles mundaliumq; rerum strenuos contemptores, quatenus tuo amore semper ardentes nihil diligamus terrenum, nihil estimemus nobis temporale iocundum. O preceptor humilitatis Iesu Christe, doce nos tuam imitari doctrinam. Sumus (proh dolor) vitijs multis inuoluti, operibus bonis nudi. Salua nos Iesu Christe, ne pereamus. O Summa veritas viuifica nos, refugium animarum refri-

geran-

gerantissimum: esto nobis turris fortitudinis. Tu enim viuificator noster es, tu salus es animarum, mentisque renouator dulcissimus. Tu ineffabile gaudium angelorum, animorumque fidelium requies saluberrima. Tu beatitudo sanctorum te amantium. Tu inextinguibile lumen ciuium supernorum. Tu mortuorum Viuificator fragilitatem nostram respice. Iesu Christe dulcissime adiuua nos fragiles seruos tuos, quatenus per viam veritatis sine offensione incedentes requiem consequamur aeternam, O piissime domine Iesu mitiga labores exilij nostri. Et cum finis istius vitae caeperit appropinquare, nobis misericorditer subuenire tunc digneris, quatenus ante faciem virtutis tuae aduersarius ruat conterritus, fugiantque procul omnium malorum prouocatores diaboli, mortis aeternae principes, seuissimique nostri persecutores. Rogamus per virtutem nobilissima mortis tuae dulcissime Iesu: non despicias nos inutiles seruos in die exitus nostri, quos redimere voluisti sanguine tuo: Laua excessus nostros, quatenus intrare gaudia patriae caelestis, expectantibus nos angelis, mereamur. Amen. —

Scripsi ego Ioan. Tritth. Abbas, die idibus
Martij, M. D.

LITERAS idcirco mittimus ad eum, cui fuerit spiritus quoque mittendus; quia nullus principum aut seruorum ex ipsis spiritibus venit, nisi vocetur, neque ad mittentem, neque ad eum, cui mittendus est. Vt ergo sciat is, cui mittitur, à qua mansionis plaga & quem debeat vocare spiritum; literæ mittuntur signo principis sigillatæ, & ita scriptæ, vt Spiritum oblectent, cupiatque eorum fomento recreari. Sed de his in ultimo capitulo dicemus.

**HÆC EST CONIURATIO SPIRITVVM
pro recipiente.**

ASIRIEL onear Camor Laueuiel gamer sothin ianoz alnay bulumer palorfon, irgiel lamedon, ludiel Caparosyn nauy asparlon nadiel bulephor ianos pefonty tresloty Camon elyr, meafu nosy thamerosyn. His dictis versus Africum secretissime, cæterisque additis, quæ requiruntur ex arte; Spiritus apparebit il-

bit illi cum seruis suis visibilis, nullo aliorum vidente eum, nec audient: & reuelabit secretum mittentis in aurem.

CAP. VIII.

[VIVS PRINCEPS SUPREMVVS MASERIEL ad eam plagam habitat, quam Fauonium appellamus, habens sub se duces 60. principales cum seruis eorum multis.]

Roth.



CTAVA mansio est circa Occidentem in eo loco, à quo ventus appellatur Fauonius: & ibi habitat princeps magnus, qui dicitur Maseriel cum infinita multitudine ducum, principum & famulantium, ex quibus ad hanc artem deputati sunt principes 30. qui præfunt operationibus diurnis, & totidem qui præfunt nocturnis, cum multis seruatoribus. Hi omnes sunt constituti ad nuncian- dum & referendum secreta humanarum artium Philosophiæ, Magicæ, Necromantiæ, & omnium mirabilium & secretissima- rum operationum, quæ paucissimis sunt notæ hominibus: & su- per his sunt prompti & multum fideles, nec reuertuntur, nisi perfecerint totum quod eis fuerat commissum. Quieti sunt & sine strepitu veniunt, sicut iubentur per se cum multis vel cum paucis, vel etiam sine famulis saltem visibiliter: neminem terrêt, nisi eum, qui non institutus in arte præsumpserit eos vocare per vera principia artis, ad quæ nemo facile sine instituyente pertin- git. Vt autem in promptu habeas, quos voces ad operationem spiritus: noueris, tibi non omnes esse necessarios, sed aliquos: & ideo sufficiant tibi duodecim pro actionibus, quæ fiunt in die, & totidem pro his quæ fiunt in nocte, cum seruatoribus eorum.

Roth.	Schw.	R.	S.	R.	S.	R.	S.
Mahuc	30	Zerael	30	Azimel	03	Alsuel	30
Roth.	Schw.	R.	S.	R.	S.	R.	S.
Rouiel	30	Athiel	30	Chasor	30	Aliel	30
Roth.	Schw.	R.	S.	R.	S.	R.	S.
Fariel	30	Vessur	30	Potiel	30	Espoel	30

Noth.	Schw.	N.	S.	N.	S.	N.	S.
Arach	30	Sarmiel	30	Baros	30	Rabiel	30
Maras	30	Amoyr	30	Eliel	30	Atriel	30
Noquiel	30	Badiel	30	Paras	30	Saluar	30

Habes quidem ex triginta spiritibus Maserielis principalibus quatuor & viginti cum seruatoribus septingentis & viginti, quorum primi duodecim praesunt operationibus diurnis, & reliqui duodecim nocturnis. Cum ergo per eos aliquid in Steganographia operari volueris, verte te ad Fauonium, & praemissis necessariis, quae requiruntur ex arte, voca vnum ex praenominatis, quem volueris, sicut oportet: & sine mora veniet. Cōiuratio: Maseriel bulan lamodyn charnoty Carmephin iabrun carefathroy n asulroy beuefy Cadumyn turiel busan Seuear; almos lycadufel ernoty panier iethar care pheory bulan thorty paron. Venio Fabelronthusy. Apparente spiritu, quem vocasti, committe ei secretum tuum perferendum secure, nihil haesitans omnino, tacite loquens ad ipsum, si in medio aliorum fueris, ut nosti.

Noth.

Sit mentis tuae secretum tale. :—.

Habes arcana in scientiis occultis philosophia, astrorum Magia, Cabala Arithmetica, vel quibuslibet artibus, quae scire optas amicum prope vel procul absentem: sed sunt talia, quae nec literis nec nunciis committere tutum: aut certe tibi arcana mittat, instādum: vel etiam commendare philosophantem, ut nesciat tamen aliorum. Voca vnum aut duos ex supradictis spiritibus: expone secretum: suscipit onus, perferet amico, tibi que reportabit commissa ab illo.

Noth. Scribe orationem quam volueris, aut literas quaslibet nihil continentis secreti.

OMnipotens sempiternus Deus bonorum remunerator equissime, qui filium tuum nostri generis esse participem voluisti, ut redimeret diabolica inuidia nos miserimos, qui sola benignitate, redūdans formam nostri suscepit incorruptam ex flore virginalis uteri; archāgelo sancto Gabriele instāte, quod Virgo conceptura beatissimo tuo spiritui perpetua Virgo permaneret, immaculata, clarior hominibus angelicisque spiritibus praeminentior.

Genetis

Genuit regem omnipotentem, Deum & hominem, sanctissima & reuerendissima Virgo Maria, virilis consortij omnino nescia, sine dolore pariens, sine tristitia vagientem Deum hominemque suscipiens, semper immaculata consistens, purissima, innocentissima, virtute humilitatis hominibus altior, charitate plena, omni laude dignissima, & ab omnibus veneranda: Angelorum beatissima & semper laudanda, Imperatrix refulgentissima, nobilis, inclyta, vereque splendidissima: quam tuus filius in omnibus quaecunq; postulauerit, largissima dignatione admittit, eamque ut matrem, reuerenter veneratur, omnibus creaturis excellentiorem: Cui nihil unquam ex postulanti negare consuevit: sed reuerenter sanctissime voluntati tue consentit, omnia concedens honori eius, quæ stabit pro nobis in nouissimo die adiunans nos venerantes Virginis alma præclara merita. Deus lumen veritatis nobis, deuotissime precamur, infunde Deus gratiam & misericordiam omnibus inuocantibus te remissionemq; vitiorum suorum ex postulantibus humiliter. & noli nos miseros despiciere sed in tua bonitate confidentes misericorditer suscipe amore lactantis Deum Virginis Mariæ omniumque electorum tuorum. Amen Ioan Trithe. Abb. Spanheimensis scripsi. Anno dominicæ Incarnationis seu natiuitatis M.D. Iduum Martij quarto

Suscipiens literas is cui mittuntur, signo Maserialis cognito se ad Fauonium conuertat, & præmissis occulte quæ requiruntur ad artem, ipsum spiritum qui missus est, vocet, Coniurationem adijciens.

Coniuratio.

Maferiel onear Camersin, Cohodor messary lyrno balnaon greal, lamedon odiel, pedarnoy nador ianozauy chamyrin. Coniuratione expleta sicut oportet missus spiritus nebulatenus apparebit. Dictoque verbo mystico veritatem loquetur ad aurem, & omnia quæ sibi fuerant commissa fideliter intimabit. Nullus tamen circumfudentium sentiet quicquam: modo tu constans & imperterritus, sicut oportet, perseueres.

CIVIS PRINCEPS VOCATUR MALGARAS,

qui moratur in occidente habens sub se duces pro actionibus diurnis 30. & pro nocturnis totidem: quorum officium est annunciare secreta familiaria amicorum.



ONÆ mansionis quæ est in occidente equinoctiali habitator est Malgaras maximus princeps occidentis, qui habet sub se 30. duces qui præfunt diei, & 30. alios qui præfunt nocti cum seruatoribus eorû. Omnium istorum officium est secreta & arcana familiaria amicorum nunciare amicis. Boni sunt duces & promptissimi ad obediendum vocanti; maxime diurni, quoniam plus assueti sunt inter homines conuersari. Nocturni enim, etsi boni sunt, non tamen libenter cum hominibus conuersantur, sed lucē summopere fugiunt & detestantur, latitare cupientes in tenebris & ob id frequenter apparent vocanti eos per coniuratione sicut vespertiliones. Ex his omnibus quatuor & viginti suis nominibus collocabimus in tabula, quorum duodecim in die, totidemque in nocte sufficiunt.

Koth.	S.	R.	S.	R.	S.	R.	S.	R.	S.
Carmiel	30	Agor	30	Cabiel	30	Misiel	20	Aroiz	10.
Schw.	R.	S.	R.	S.	R.	S.	R.		
Meliel	30	Casiel	30	Vdiel	30	Barfas	20		
Koth.	S.	R.	S.	R.	S.				
Borass	30	Rabiel	30	Oriel	30	S.			

{ 30.20.
30.20.10.

Koth.	S.	R.	S.	R.	S.				
Aroc	30	Libiel	30	Caron	30				
S.	R.	S.	R.	S.	R.	S.	R.		
Dobiel	30	Raboc	30	Zamor	30	Assar	20		
R.	S.	R.	S.	R.	S.	R.	S.	R.	S.
Cubi	30	Aspiel	30	Amiel	30	Deilas	20	Basiel	10

Habes

Habes nunc de principibus Margaretis duodecim pro actionibus diurnis, & totidem pro nocturnis, cum famulis eorum sexcentis & quadraginta: & nota quod Aroyz & Basiel semper soliuagi sunt: Misiel, Barfas, Aspor & deilas bini & bini vocari possunt, reliqui vero terni. Cum volueris habere tres aut duos aut vnum, caue ne erres in nominibus eorum. Sicut tabula te docet, ita facias absque immutatione, ne periculum incidas.

Carmen Coniurationis.

Roth.

MALGARASADOR chameso bulueriny mareso bodyr Cadu-
mir auiel casmyo tedy pleoryn viordi eare viorba, chame-
ron vesy thuriel vlnauy, beuesy meuo chasmirony naor ernyso,
chony barmo caleuodyn barso thubra sol. Coniuratione dicta
sis vir fortis & constans: apparebunt tibi statim visibiles quos vo-
casti. Quod si vocati ex nocturnis non statim venerint: non pro-
pterea intermittas opus tuum: sed vrgeas eos iterata Coniura-
tione, donec obediant. Sunt enim aliquantulum pigri, & non li-
benter veniunt inter homines, sicut prædiximus.

*Sit mentis arcanum, quod nec homini nec literis
committere placet.*

Roth.

IN his, quæ ad rem familiarem, pecuniam, depositum, mutuum,
fidem, vel ad quælibet humanæ conuersationis negotia perti-
nent, Secretum habes, quod cupis amicum scire procul absen-
tem: sed tale est, quod cum maximo vtriusque vel periculo vel
detrimento publicum subiret examen: ob id nec literis confi-
dendum, nec hominibus. Ut ergo sis securus, nulliusque con-
scientiam reueraris, ad occidentem te vertis, vocas ducem, com-
mittis arcanum: vadit ille, perfert fideliter omnia:
si quid ad te fuerit commissum, re-
fert.

Literas qualescunque volueris, scribe, in quibus nullius vereare conspectum.

SALVTEM & charitatem. Dilectissime & singularissime amice, presentium lator, ex Ruremunda oriundus valde in amicos nostros beneficus & gloriosus (quem ut humaniter excipias, rogo tibi necessitatem suam exponet: Qui cum mihi veteri necessitudine semper fuerit coniunctus pro viribus meis, dulcissimum iudicarem releuare beneficiisque cumulare illum. Et utinam possem consolationem calamitatibus eius impendere. Sed cum sim grauius (ut luce tibi clarius constat) damnis exhaustus: non possum meo sitis facere zelo, ut optarem. Tu autem, qui es necessarijs temporalibus abundans, amico te letum exhibeas, humanumque: quemadmodum consueuisti te exhibere necessitatum amicorum patronum. Rogo itaque, mutua illi sub termino certo ducentos florenos quia constitutus est maxima in necessitate, sicuti te docebit. Confido, quod omnia restituet ad integrum, ubi constitutus illi terminus venerit. Quod si feceris, gratias agam nunquam intermorituras, tibi que in grauioribus astabo. Age, ut amorem syncerum in nos tuum effectum comprobemus. Quod illi feceris mihi vole scias factum: nec minus ipsum gratissimum tibi obligaueris (firmiter crede) & termino elapso restituet integerrime omnia. Consuevit enim promissa inuiolabiliter seruare, prebere se constantem cunctis hominibus. Ceterum cum novos gaudeas audire rumores, scribere aliquid velim. Enutriui catellum (græco vocabulo erit recte vocatus) tanta eruditione, doctrina, omniumque rerum memoria vigentem, ut bestiam exuisse nonnullis, hominemque induisse videatur, græca latinaque intelligit verba, nouit delictorum suorum veniam petere. Quicquid iussero, facit; meque annuente gestibus, secreta hominum parat. Tanta cum morum disciplina imbutum cerneret, ut multis doctiorem hominibus aestimares. Iussus fenestram aperire, aperit, naturamque ingenio transcendens, prohibitus cibaria reponit. Onus sibi impositum baculat exhiberi zelosum defensorum mei se amat, ludit egregie, mirandaque facit prorsus insuetis incredibilia. Vale. Ioan. Trith. Abbas Sancti Martini in Spanheim scripsit. 3 Id. Martij. Anno M.D. ———

Has aut quaslibet alias cum acceperit cui mittuntur, amicus signum intelligit principis esse Occidentis: unde premissis ex more premissis ad Occidentem se vertit, vocat Spiritum, inuisibilem missum contestans, ut visibilis fiat, nec cuiquam dicat.

Carmen Spiritus.

MALGARAS apro chameron a loty mesary throes Zamedal
logreal paredon adre Caphoron onatyr tirno beosy. Cha-

merō phorſy mellon tedrumarſy dumafō duiſe Caſmiel elthur-
ny peſon alproys fabelronty Sturno panalmo nador. Completo
carmine, aderit Spiritus ipſe vocatus more ſuo reuelans tibi, quę
in mādatis ſūſcepit, fideliter, cum quo remādare poteris amico,
quicquid volueris eum ſcire occultum.

C A P. X.

*EVIVS PRINCEPS SUPREMVVS VOCATVR DORO-
thiel, eam plagam orbis inhabitans, quę Chorus appellatur à vento: &
habet ſub ſe multos duces & famulos.*



DECIMA manſio vocatur Chorus à vento, in qua mo-
ratur magnus princeps Doroſthiel, qui habet ſub ſua
potestate & dominio 40. duces, qui præſunt opera-
tionibus diurnis, & totidem qui præſunt nocturnis
abſque tamulis & ſeruatoribus pene infinitis. Horum officium eſt
omnia nunciare arcana, quę pertinent ad negotia Spiritualia, &
ad dona eccleſiaſtica, beneficia, prælaturas, dignitates, & ſimilia.
In operatione autem Steganographiæ, ducum Doroſthielis non
eſt opus omnium nomina in medium proferre: ſed ſufficiunt ex
quolibet ordine pauci. Reliquorum nomina in ſuo loco cum
cæteris exponemus. Et de his tabulam considera.

Roth.

Mugael 0.
Choriel 0.
Artinc 0.
Efiel 0.



P	S. N.	F	S. N.	P	S. N.	F	S. N.
Mugael	40	Gudiel	400	Nachiel	40	Phutiel	400
Choriel	40	Aſphor	400	Oſiſiel	40	Cayros	400
Artinc	40	Emuel	400	Bulis	40	Narſyel	400
Efiel	40	Sowiel	400	Moniel	40	Moziel	400
Maniel	40	Cabron	400	Pafiſiel	40	Aroziel	400
Suriel	40	Diuiel	400	Gariel	40	Cuſync	400
Carſiel	40	Abriel	400	Soriel	40	Vraniel	400
Fubiel	40	Danael	400	Darbori	40	Peluſar	400

Carba

<i>Carba</i>	40	<i>Lomor</i>	400	<i>Paniel</i>	40	<i>Abael</i>	400
<i>Merach</i>	40	<i>Cesael</i>	400	<i>Curfas</i>	40	<i>Meroth</i>	400
<i>Althor</i>	40	<i>Busiel</i>	400	<i>Altel</i>	40	<i>Cadriel</i>	400
<i>Omael</i>	40	<i>Larfos</i>	400	<i>MaZiel</i>	40	<i>Lobiel</i>	400

Ecce habes de principibus Dorothielis ex quolibet ordine diurno scilicet & nocturnis 24. duces, cum numero seruatorum decem millium, centum sexaginta. Et nota, quod operatio per istos multum est à cæteris diuersa, quemadmodum large de domino dicemus. Nam secundum 12. horas diei & noctis operandum est in mansione ista, semperque duabus horis præfunt quatuor principes, tam in die quam in nocte: ita vt non liceat tibi aduocare alium, nisi ex ordine, quem hora concernit. Vt si fit operatio in prima vel in secunda hora diei: voca, quem volueris, ex primis quatuor qui præfunt diei: si in tertia vel quarta, ex secundis quatuor ducem noueris esse vocandum. Et ita consequenter est faciendum per omnes ordines & 24. horas tam in die quam in nocte. Cum autem volueris operari in Steganographia per spiritus ipsius Dorothielis: præmissis generalibus in arte præmitti consuetis, scribe literas qualescunque volueris, vertensque te ad eam plagã orbis quam à vento communiter Chororum appellamus, voca vnum aut plures ex quatuor, qui præfunt horæ, in qua operaris. Dorothiel cusi feor madylo busar pamerfy chear ianothym baony Camerfy vlymeor peathã adial cadumyr renear thubra Cohagier maslõ Lodierno fabelrusyn. His dictis spiritũ apparentem videbis, quem vocasti, promptum & hilarẽ ad obediendum, cui arcanum tuum committas secure & fideliter. Tabulam præcedentem aspice.

Noth.

Ponamus mentis quodcunque arcanum literis committendum.

Est tibi negotiũ, in re qualibet spirituali ad principem, valde & arduum & secretum, quod nulli mortalium nec literis quidem putas credẽdum. Vis illud scire principem? Literas pro paupere Clerico supplicatorias aut quaslibet alias fingis ad eum

eum : vocas spiritum, committis illi secretum : fideliter agit omnia.

Literas qualescunque volueris dabis, in quibus non verearis quicquam.

Significo Gratia Vestra Illustrissime Princeps, Conradum Hummel beneficiatum super altare sancti Euangelista Iohannis defunctum esse nocte preterita. Ne autem Gratia Vestra vel uni ex imperitis vel indignis, quorum reor grandē numerum affuturum (ut fieri solet) altare dictum expectantium: sed utiliori viro reseruandum ex indeliberato concedat, oro: licet longe existam indignus, quam ut preces meae in maximi & nobilissimi principis conspectu aliquod beneficium reportare videantur, digne quatenus gratia vestra praesentium exhibitori, repulsis indignioribus altare praefatum concedere dignetur: quem cognoui optimis beneficiis dignum, quippe quem morū pulchritudine adornatum, scientia atque literis omnifariam eruditum, modestum, continentem, temperatum, amoreque religionis Gratia Vestra nouerim esse placiturum. Eritque beneficiis exhibitis, non ingratus, sed perpetuo memor. Data ex Spanheim. pridie Idus Martij, Anno domini nostri M. D. Ioan. Tritth. ~

Cum has meas vel quaslibet alias acceperit literas princeps, aut alter, cui mittuntur, in arte peritus: signo Dorotheielis cognito se vertat ad Chorum (vbi ipse spiritus cum ducibus & seruatoribus suis moratur) faciens omnia & singula, quae ars ipsa requirit. Deinde spiritum voce submissa tacite vocet ut nouit.

Dorotheiel onear chameron vlyfeor madusyn peony oriel nayr druse mouayr pamerison etro dumefon, dauor caho. Casmiel hayrno, fabeliunthon. Completo carmine isto si moram fecerit spiritus in veniendo; iterum legat vsque tertio: & si ne omni dubio visibilis apparebit, & reuelabit ad aurem commissa.

Roth.


*CVIVS SPIRITVS SVPREMVS QVE VOCA-
tur Vfiel, habitans ad eam plagam orbis, quam ex vento inde
flante Subcircium appellamus: qui habet sub se 40. duces in die, &
totidem in nocte: qui sunt super Thesauro.*





NDECIMA mansio totius orbis vocatur Subcir-
cius à vento videlicet, qui ex illa parte venire con-
suevit. Ad hanc plagam moratur magnus princeps
qui vocatur Vfiel, habens sub se 40. principes, qui
praesunt operationibus diurnis, & 40. qui praesunt nocturnis.
Horum officium est nuntiare occultos & subterraneos Thesau-
ros, & omnia, quæ ad rationem Thesaurorum pertinere viden-
tur. Ex his paucos, & quot sunt in operationibus Steganogra-
phiae hoc loco sufficientes, nominabimus: & reliquos cum alijs
ad proprium capitulum in fine huius libri nominandos reserua-
mus. Et nota, quod duces istius mansionis, quando vocantur ab
operante, libenter & cū maxima hilaritate venire cōsueverunt.
Et quamuis multos habeant famulos: nunquam tamen vidi,
quod aliquē eorum secum adduxerint saltem visibilem. Si quis
autem vellet vti ministerio famulorum: posset, quoniam sub
principibus sunt, & coguntur eis in omnibus obedire, si operator
fuerit talis, vt nouerit eos debite vocare vel etiam compellere, si
tardius apparere voluerint.

Roth.	Schw.	R.	S.	R.	S.	R.	S.
Abaria	40	Saesar	40	Amandiel	30	Hissam	30
Ameta	40	Poriel	40	Barsic	30	Fabariel	30
Arnen	40	Saesar	40	Garnacu	30	Vfiniel	30
Herne	40	Maqui	40				

R:



Ansel

Schw.	X.	S.	X.	S.	X.	X.	S.
Ansoel	40	Saddiel	40	Asuriel	20	Pathyr	20
Godiel	40	Sobiel	40	Almoel	20	Marac	20
Barfos	40	Ostidiel	40				
Burfa	40	Adan	40	Lasphearon	10	Ethiel	10

Ex quadraginta principibus Vsielis, qui præsumt operationibus diurnis habes 14. cum seruatoribus eorum 400. in numero, & 14. qui præsumt operationibus nocturnis cum 440. famulis eorum: cum his vtriusque ordinis duo signa (ad probandum & cautelam de Thesauro, sicut nosti, ne possit à latronibus inueniri) cernis opposita, quibus vtimur pro custodia thesauri inuenti interea quod spiritus mittitur ad amicum. Cum ergo volueris in hoc negotio per spiritus operari: si negotium est maximum aut pertinens ad principem: voca duces quos volueris ex ordine quaternorum: si proprium, ex trium: si priuatum & paruum, ex duorum: si vile & minimum, tunc fiat in nocte in ordine solitariorum tantum.

Vsiel parnothiel chameron briosy sthrubal brionear Caron sotronthi egyptia odiel Chelorsy mear Chadusy notiel ornych turbelsi paneras thorthay pean adresmo boma arnotiel Chelmodyn drufar loy sodiuicel Carson, eltrae myre notiel mesraym Venea dubleary mauear melusyron chartulneas fabelmerusy. His versus Subcircium sub silentio dictis, sicut tempus locusque permittunt; fac cætera quæ ars ipsa exoptulat, & committe spiritui iam apparenti arcanum cum sigillo mysterij profundi, nihil hæsitans: quoniam duces isti omnes boni sunt & fideles.

Ponamus, quod habeas tale mentis arcanum nulli penitus confidendum.

INVENIST I maximum in Thecis mortuorum vel quolibet alio loco terra thesaurum, vel nosti certo latenter abscon-

absconditum: solus ad exportandum non sufficis, nec tamen alicui circa morantium confidis. Habes amicum fidelem, sed procul absentem, cui reuelare mysterium cupis, sed nec literis nec nuncio confidis, ne per æstum in palam & in periculum incidas, & lucrum amittas. Vocas ergo spiritum. Venit spiritus, perfert ille nuntium, vocat amicum. Venit, iuuat, participat.

Literas, vt volueris, scribito, in quibus nihil omnino sit metuendum.

Mitto tibi orationem, quam edidi in nuptiis cuiusdam mei amici. Deus omnium Creator humanique generis Redemptor, omniumq; Saluator, ne genus humanum periret, etiã nuptiarum sacramentum instituit legimus enim quod prime homini Euam iunxerit mulierem, dixeritque: **CRESCE ET MULTIPLICAMINI**: legem instituens conseruanda humanitatis. Postea Deus incarnatus dignatus est nuptias sanctificare miraculo. De Deo bene merentur seruantes constituta: hominibus aut plus conferunt, qui pudicum coniugium Zelo prolis assumunt. Vos ergo qui coniugium honestum assumitis iure laudauerim Saluatoris nostri exemplo. Ille namq; miraculis, ego vero verbis institutum rite nuptiarum necessarium sacramentum collaudabo: sim licet non nuptus, iure nuptias tamẽ laudabo. Enimvero si tollatur coniugium, deficeret & rueret totum genus humanũ. Vsu enim nuptiarum genus extat humanum, quãuis ruinosum, debile & corruptibile quod tamẽ sine nuptiis nõ perseueraret. Sed hoc agite vos, vt fecunditas vestrarum nuptiarum decorata sit moribus & conuersatione sancta, & nemini scandalum ponente. In primis Deũ amate, continue operibus misericordiae cum iusticia incumbentes, impietatem fugite, rectitudinem colite, bonos amate, laudes Deo semper dicite, pauperibus cum elemosynis subuenite, mandatis Dei obedite, Veritatẽ nolite deserere, Dei ministros honorate Ecclesiis decimas soluite, peregrinos hospitate, innocentes liberate, famelicos pascite, maioribus vestris obedite, proximos vestros honeste diligite iniuriã nulli penitus irrogantes. Christianam religionẽ deuotissime colite: vanos, noxios, superstitiososque mores gentilium abhorrete. Doctrinas Euangelicas fruante & viuite secundum præcepta Dei. Carnis voluptates fugite, vosque honestos & bonos exhibete, puritatem mentis solícite custo-

custodientes nolite maculare. Mementote obsecro, quid in sancto Euangelio Christus Dominus noster clamauerit: Beati mundi corde: qui sanctam munditiam anime in luto corpore propter Deum custodiunt. Munditia autem cordis continuis humilimisque orationibus non destituatur: quoniam oratio mentem purificat, aestuantes refrigerat, temptationes diaboli procul fugat. Hinc sanctus Apostolus Paulus docet vos sedulis & deuotis orationibus insistere, ut noxias tentationes possitis superare. Coniungimus vos matrimonio, quatenus genus vestrum legis decreto propagatum construatis: non ut affluere noxijs voluptatibus debeatis. Voluptates enim carnis interficiunt animam, corrumpuntque humana substantia nobilissimam dignitatem futurorum. Itaque horum memores scitote vos viatores esse; reuersuros ad patriam, ad quam estis reuocati. Breuissima est vita presens: iocunditasque seculi velocissime terminatur. Sic ergo in matrimonio uiuite, ut ad regnum caelorum post mortem cum exaltatur, veniatis. Ioannes Tritthemius Abbas Spanheimensis, ordinis Diui Patris Benedicti, edidi pridie Iduum Martij, Anno natiuitatis domini nostri Iesu Christi M. D. —

Cum has vel quaslibet alias cui mittuntur acceperit literas; cognito signo magni Vsielis, faciat occulte sicut nouit ex arte faciendum: deinde vertat se ad Subcircium & dicat Carmen. Vsiel afoyr paremon cruato madufyn fauepy mauayr realdo chameron ilco paneras thurmo pean elsoty fabelrufyn iltras charson frymasto chelmodyn. Hoc dicto carmine spiritus se visibilem ostendet, commissaque referabit: & si quid ei ab isto fuerit commissum, referet ei ad mittentem.

CAP. XII.

CVIVS SPIRITVS ET SUPREMVVS IMPERATOR Cabariel moratur ad eam plagam orbis, qui Circius à vento dicitur, & habet sub se 70. principes in die, & totidem in nocte.



DODECIMAM orbis descripti mansionem, quæ est versus eam plagam, à qua ventus Circius inflat, Cabariel Imperator magnus inhabitat cum infinitis Spiritibus, inter quos sunt ad operationem Ste-

ganographiæ deputati pro diurnis 50. & totidem pro nocturnis omni tempore, qui multis famulis præfunt & valde potentibus. Istorum officium secreti est auisare amicos, patefacere insidias, & à quibus sit maxime cauendum, admonere absentem. Ex his omnibus paucos nominabimus.

Schw.	R.	S.	R.	S.	R.	S.	R.
Satishiel	50	Etymel	50	Mador	50	Ladiel	50
Parius	50	Clyffan	50	Peniel	50	Morias	50
Godiel	50	Elitel	50	Cugiel	50	Pandor	50
Taros	50	Aniel	50	Thalbos	50	Cazul	50
Aforiel	50	Cuphar	50	Orym	50	Dubiel	50

Habes nunc ex centum principibus Cabarielis magni, viginti, & sufficiunt tibi ad præsens: quorum primi decem pro diurnis operationibus cum 500. famulis sunt deputati, & alij decem pro nocturnis similiter cum 500. seruatoribus suis. Et scias, quod spiritus diurnis operationibus præfidentes multo sunt nocturnis beneuolentiores, & ad obediendum promptiores: Ita ut sæpe oporteat ipsos nocturnos cum quadam violentia compellere, sæpiusq; coniurationem repetere. Famulos, cum iubentur, secum adducunt: si iussi nõ fuerint, abscondunt. Cum volueris per ministerium istorum spirituum operari, vertas te ad eam plagam, quam diximus: & præmissis de more præmittendis, dic Coniurationem istam:

Cabariel onear chameron fruani, parnat on fofiel bryofi nagreal fabelrontyn adiel thortay nofrua pena afefiel chusy. Cõpleto carmine, si fuerit in die, statim aderit spiritus vocatus sine mora. Si autem fuerit in nocte & moram fecerit in veniendo spiritus quem vocasti: totiens vrgeas eum, donec veniat per repetitionem Carminis, quod valde reuereri solent.

*Ponamus pro exemplo quoddam arcanum nulli omnino
confidendum.*

FIDELIEM habes amicũ, cui faues, ut tibi ipsi, sed procul absentẽ, cui reuersuro nosti ponẽdas à potẽtiore insidias in via aut quo-

quolibet alio vel loco vel modo. Auiscare cupis nescientem: sed periculum tibi magnum instaret auisanti, si fieret palam. Vnde nec literis committendum, ne legantur ab aliquo: nec homini confidendum, ne reuelari contingat. Vt ergo & maneat tu securus, & amicus sit auisatus: vocas spiritum, committis arcanum: fit.

Literas mittis amico familiares vel orationem deuotam, quæ videri patiatur.

Commodaueram tibi Codicem meum de gestis Longobardorum & Volumen Bedæ de temporibus, quæ oro remittas. Decet enim sapientem & maximè Christianum, fidem ubique seruare promissam. Beneficiorum obliuisci, diuinis & nostris institutis humanis maximum crimen perhibetur. Ne incurras tam peccabilem reatum. Misi tibi volumina mea, ut ea aliquando restituas. Libros verò græcos tibi gratis donavi, quorum intuitu te meritò & re gratificantem nobis & fidelio rem exhiberes. Vale, ex Spanheim, Idibus Martij, Anno domini M. D. 8

Cum has alia sue quaslibet abs te missas literas amicus receperit; cognito signo Cabarielis, vertat se ad orbis plagam illam, à qua Circius progreditur ventus; & præmissis ex more præmittendis, hanc legat sub silentio orationem.

Carmen Coniurationis.

Cabariel afiar paremon chiltan amedyn sayr pemadon chulty mouayr sauepor peatha mal frimaston dayr pean cothur no fabelrufyn elsoty chelmodyn. Hoc carmine dicto versus Circium, angelus statim apparebit visibilis, rescrans illi commissum arcanum; referetque tibi, si quid ille commiserit.

CAP. XIII.

CVIVS PRINCEPS RAYSIEL VOCATUR, habitans directe ad Septentrionem, sub quo sunt 50. principes, qui praesunt diurnis operantibus nostris, & totidem qui nocturnis: quorum est nunciare traditiones.



TERTIA decima mansio est in Septentrione, cuius spiritus & supremus imperator est Raysiel, qui habet sub suo dominio duces 50, qui praesunt operationibus diurnis, cum seruatoribus multis, & totidem numero, qui praesunt nocturnis cum famulis eorum. Istorum officium est, in his causis & traditionibus, quae pertinent ad mortem, auisare amicos operantis, & nunciare arcanum. Duces, qui operationibus diurnis praesunt, libenter obtemperant vocanti, & veniunt, hilares, iocundi & paratissimi ad obsequendum: sed illi qui nocturnis praesident, aliquantulum sunt proterui, quia lucem valde oderunt & detestantur, nec facile obtemperant, maxime nouicijs in arte minus probatis, quos frequenter in faciem irrident, nisi coniurationibus ita constringantur operantis, ut contradicere non praeualeant. Valde enim Coniurationem timeant, & quasi vnicum dantur plus coniurari, quam diurni Spiritus, & tamen inuiti obediunt. Sed iam ex omnium istorum numero ponamus paucorum nomina & numerum famulorum, quanti nobis ad operationem consuetam sufficiunt.

<i>♁</i>	<i>♀</i>	<i>♁</i>	<i>♀</i>	<i>♁</i>	<i>♃</i>	<i>♁</i>	<i>♃</i>
<i>Baciar</i>	50	<i>Astael</i>	50	<i>Chanael</i>	30	<i>Melcha</i>	30
<i>Thoac</i>	50	<i>Ramica</i>	50	<i>Fursiel</i>	30	<i>Tharas</i>	30
<i>Sequiel</i>	50	<i>Dubarus</i>	50	<i>Betasiel</i>	30	<i>Vuiel</i>	30
<i>Sadar</i>	50	<i>Armena</i>	50				
<i>Terach</i>	50	<i>Albhador</i>	50				

Thariel

Noth.	S.	X.	S.	X.	S.	X.	S.
Thariel	40	Lazaba	40	Lamas	10	Thurcal	10
Paras	40	Aleasy	40	Belsay	20	Sarach	20
Arayl	40	Sebach	40	Moracl	20	Arepatch	20
Culmar	40	Quibda	40				

Habes nunc optime lector ex 50. principibus diurnis sedecim cum famulis eorum 670. & ex 50. nocturnis 14. cum famulis 420. in numero, qui tibi sufficient ad omnes operationes tam nocturnas quam diurnas. Cum autem volueris operari per eos secundum horas intentas, elige ex ordine disposito quem volueris, & voca eum à Septentrione (quoniam omnes ibi morantur) per istud Carmen,

Carmen Coniurationis.

RAysiel afruano chameron fofiel onear Vemabi parnothon
 fruano Caspiel fufre bedarym bulifeor pean Curmaby Layr
 Vaymeor pefarym adorc^o odiel Vernabi peatha darsum lasphe-
 no deuior Camedonton photsy lasbenay to charmon druson
 olnays, Venouym lulefōn, peorfo fabelrōtos thurno. Calephoy
 Vem, nabelron butal thorasyn charnoty Capelton.

Carminē rite & sub silentio completo, aderit spiritus vocatus. Committe secure arcanum, perferet referetque committendum. Si vero nocturnis operationibus præsidentes, ut solent plærunque, tardare videris: Carminē eos viriliter iterando compellas, nihil metuens: te enim ut dominum reuereri cogentur.

*Habeo secretum, quod nulli confido perferendum,
 huiusmodi.*

PONO casum. Amicus est mihi quispiam nobilis & doctus, quē noui secreto necandum per sicarios quosdam mercede conductos. Auifare palam nō audeo, quia mihi periculofum: in cau-

sa familiari & secretiori, ne literæ in aliorum deueniant manus, timeo: homini, vt ore loquatur, confidere non præsumo: quia qui mecum est hodie, crastino forsan contra me stabit. Itaq; ad consuetam confugio artem, cui quicquid commiserò, fieri publicum, etiam si ex inimico tentari contingeret, non formido.

Literas mitto familiares amico, in quibus nullum formido periculum.

Maximum nobilitatis ornamentum, Iustitiam Philosophiamq; dedecus Impietatem & Ignorantiã definit vetustas. Quid enim pulchrius, quàm literis virtutibusq; ornare nobile genus, quod militat. Hoc plurimum ceterosque militantes complures nobilissimos viros reperimus, & noctibus actitauisse & diebus, vt armis barbaros expugnarent, rectitudine gentem suam literisq; erudirent. Horum exemplo Buma v̄v doctissime literas humanitatis artesq; bonas euoluere non cessas armis & literis decoratus: & veteres olim principes sapientissimi consueuerunt opes non thesauris suis includere, sed potius vsui literario conferre: honestissimũ ad fœlicitatẽ tendentibus suffragium arbitantes sapientia studium, quo aeterna retributionis beatitudo acquiratur. Enimuerò scientia scripturarum principes omnibus venerabiles facit maximeq; timendos. Ignorantia scripturarum viui hominis sepultura dicta ignominiam calamitatẽq; horrendã principibus nobilibusq; afferre consuevit. Homo sine literis est Asinus bipes, vivusq; sepeliendus, immo sepultus. Maximè nobiles & rempublicã gubernantes esse sapientes atq; notabiles scientia literarũ oportet, quarum ignorantia tyrannidẽ inducit. Amor quoq; literarũ gesta principũ inclyta nobiliumq; perpetuitati commendat. Cernimus enim veteres philosophos principatus memoriam obtinuisse, nominisque immortalitatem consecutos plus literis quàm armis apud omnes homines sempiternã: plus enim litera, quàm arma gloriosos, excellentes sapientesq; tyrannos antiquos & principes reddiderunt, quorũ memoriam laudumq; titulos immortalitate donarũt. Adde quod Christianis studiũ literarum summum & honestissimum euolandĩ ad Cælum præstat adiumentum. A scripturis enim contemplari incipimus diuinarũ illustrationum coruscantem honorabilemque maiestatem, nobis

alio

alioquin inaccessibile. Ita Henrice miles doctissime literis faueas, ut rectitudine decoratus semper viuas. Vale, ex Spanheim, Idib. Marty. Anno M.D. WW

Posteaquam has literas aliasue quaslibet amicus acceperit in arte peritus; signo Rayfielis cognito, præmissis ex more consuetis, ad Septentrionem se vertat, & spiritum hoc carmine vocet.

Carmen coniuurationis.

Rayfiel myltran, fruano fiar chasmy clymarso pean Sayer pultho chultusa medon vepursandly tufan axeyr afflon. His dictis spiritus missus statim visibilis apparebit, reserabitque tibi omnia & singula, quæ mandauit ad aurem. Et scias velim, quod nonnulli spiritus nocturnis operationibus præsidentes in nocte non libenter veniunt ad operationem, nisi maximis compellantur sacramentis & coniuurationibus: qui tamen postquam venerunt fueruntque missi ad amicum, cito apparere consueverunt & obedire vocanti, nisi forsitan ipse, qualibet occasione deceptus, aliquid negligeret in arte præceptum.

CAP. XIV.

CVIVS PRINCEPS SUPREMVVS VOCATUR Symiel, qui habitat ad Aquilonem, habens sub se principes 10. qui præsunt operationibus diurnis, cum famulis multis: quorum officium est familiare secretum perferre.

QUARTA decima mansio est ad Aquilonem, distans à principio Septentrionis 21. gradibus, & modicum amplius: cuius supremus Imperator est Symiel, qui habet sub se 10. duces, qui præsunt operationibus diurnis, cū multis famulis eorum. Operationib. a. nocturnis multi

præfunt duces, quorum certum numerum reperire non potui, qui famulos etiam sub se habent multos. Istorum officium est nunciare inter amicos arcana secretissima, quæ nulli hominum sunt manifestanda in æternum. Vt autem per eos operari possis, si necesse fuerit: explicabo tibi ex diurnis decem, & ex nocturnis totidem, & sufficient ad præsens.

Schw.	Koth.	S.	R.	S.	R.	S.	♀
Asmyel	60	Larael	60	Mafrus	70	Marianu	100
Chrubas	100	Achor	60	Apiel	30	Narzael	201
Vastos	40	Banier	90	Curriel	40	Murabe	30
Malgrom	20	Dagiel	100	Molael	10	Richel	120
Romiel	80	Musor	110	Arafos	50	Nalael	130

Habes nunc principes decem nominatos pro actionibus diurnis cum multis subseruitoribus & 10. pro nocturnis operationibus etiam cum multis substitutis, per quos poteris operari secure & absque periculo: modo sis in Steganographia bene institutus. Nam quicumque ad operationem huius artis non bene institutus, in præceptis illius accedere præsumpserit: iut nihil proficiet, aut periculum vix euadet. Non enim omnibus obediunt principes. Tu autem cum hac ipsa scientia volueris operari; præmissis rite præmittendis, te conuertas ad Aquilonem, & eo modo, quo tibi tradidi, conjura ducem, vt veniat per istud Carmen.

Carmen ad spiritus.

SYmiel myrno chamerony the or pastõ adiueal fanerosthi so-
fear Carmedon Charnothiel peasor fositran fabelrusy thyrno
pamerofy trelno chabelron chymo churm bon, asiel peasor
carnes nabeyros toys Camakhonty. His dictis eo quo necesse
est modo, spiritus aderit abs te vocatus ad obediendum in omni-
bus mandatis tuis, si fuerit operatio per nocturnos spiritus acti-
tanda: & si cito non apparuerint, nõ desistas propterea, sed v. ge-
as eos repetitione carmini: & compulsi obedent.

Pro

*Pro exemplo ponamus quodcunque arcanum nulli
penitus committendum.*

HA B E S aliquod negotium secretissimum ad amicum, quod te & ipsum concernit: cuius manifestatio tibi & illi perpetuum vel damnum vel confusionem inferret. Certe nec literis tuto creditur ne ab aliquo legantur, nec committitur nuncio, qui diuulgabit in plures. Arte nostra vteris; sic & tu eris tutus, & amicus sciet arcanum.

*Formemus ad hoc quas placuerit literulas, in nullo penitus
suspectas.*

Ioannes Trithemius Abbas Spanheimensis ordinis
Sancti Benedicti optimo adolescenti Ia-
cobo Trithemio, fratri cha-
rissimo, S. D.

LITERIS incumbens conserua humilitatem Cordis. Mores boni iuue-
nes decorant, efficiuntque nobilibus clariores. Scientia literarum adornat
iuuenem sanctitatem amantem sine moribus iustitia carebit honore scientia. Ado-
lescens vanitatibus vitisq; immersus, sapientia contempser, non diligit sapien-
tia vera, quam virtutibus inquirendam esse memineris. Moribus decoratur
institutio erudiendorum iuuenum, quoniam sanctis artibus confertur ho-
nor Caelestis infructuosaque scientia tormentis aeternis cruciabitur. Virtuti-
bus & literis scientia proficit: utrumque deficit vicij maculatum. Sperne
voluptates, ut experimento intelligas sapientiae veritatem. Vale.

Recipiens has literas in arte Steganographiae peritus, mox,
ut viderit characterem principis Symielis, quid sibi faciendum
sit, intelligendo percipit: vertensque se, praemissis praemittendis,
ad Aquilonem, coniurationem dicit.

Coniuratio.

SYmiel marlos chameron pyrcohi pean fruary fabelronti ga-
selto siargoti melassor hialbra penor olesy Aiulbrany ordu

Casmeron omer vemabon. Completo carmine, spiritus missus
apparens commissum sibi fideliter implebit officium.

C A P. XV.

CVIVS SUPREMVVS IMPERATOREST AR-
madiel, qui moratur in ea parte orbis, vnde Boreas ven-
tus flare consuevit, habens sub se multos
principes.

MANSIONEM quintā decimā ad Borealem plagam
inhabitat Armadiel magnus imperator, habens sub
suo imperio multos duces & principes cum seruitori-
bus eorum, à quibus centum deputati sunt super o-
perationibus diurnis & nocturnis indifferenter: ita vt omnes æ-
que præsent nocturnis atque diurnis actionibus nostris in Ste-
ganographia ad voluntatem operantis. Horum officium est
principibus & magnis viris nunciare secretissima arcana ope-
rantis cum maxima fidelitate & mysterio. Ex his nominabimus
potiores aliquos, qui nobis sufficiunt ad intentionem.

X.	♀.X.	S.	X.	S.	X.	S.	X.	S.
Massar	50	Orariel	Pandiel	10	10	60	60	50
Parabiel	40	Oryn	Carasiba	20	20	70	70	40
Laiel	30	Samiel	Asbibiel	30	30	80	80	30
Caluarnya	20	Asmael	Mafayr	40	40	70	70	20
Alferiel	10	Iaziel	Oeniel	50	50	60	60	10

Habes iam ex Spiritibus Armadielis 15. numero cum subser-
uatoribus suis 1260. qui secundum diuisionem 24. horarum in sex
partes cum ducibus suis venire vocati ad operantem solent, si
voluerit ipse, ordinem suum in veniendo conseruantes. Cum
ergo volueris aliqd in Steganographia per ipsos operari, oportet
vt diligentissime obserues diuisionem temporis secundum
hanc artem, sine qua nihil omnino proficies: qua, vt oportet,
cognita, vertes te ad Boream, faciens, quæ
ars requirit.

Coniuratio.

ARmadiel marbeuo pelrusan neor chamyn aldron pemarko Cathornaor pean lyburmy Caueron thorty abesmeron ve- ar larso charnoty theor Caueos myat drupas Camedortys ly pa ruffes ernoty mesoryn elthy chaor atiel, lamesayn rouemu fabel rufin, friato chafalon pheor thamorny mesardiel pelusy madiel baseroty farreon prolsoyr asenosy cameltrufon. Cum hanc con- iurationem compleueris eo modo sicut oportet: mox aderit spi- ritus, ad Imperium tuum paratus.

*Formemus nobis exempli causa tale arcanum nulli
committendum.*

ESt mihi ad principem meum quoddam arcanum nulli peni- tus communicandum. Id mandare literis, ne per negligen- tiam vel obliuionem disiecte legantur, non audeo: multo minus per hominem nunciare illud volo, ne & aliis per ipsum quomo- dolibet reuelatum iri contingat. Artis itaque huius mysterium pertentare placet, per quod arcanum meum omni tempore ma- nebit occultum.

*Scribamus literas, qualescunque placuerit, quae nullius
vereantur conspectum.*

Serenissimo Principi, Domino Philippo, Comiti Pala- tino Rheni, Duci Bauariae, Sacri Romani Imperij Archi- dapifero, Principi Electori, Ioannes Tritthe- mius Abbas Spanheimensis cum oratio- nibus famulatum.

ILLVSTRIS SIM E princeps cum humili subiectione seruitu- tem. Benignitas inclyti ducatus vestri mihi praecepit, ut verbis ex- positas res quasdam occultissimas literis commendarem. Gauderem non absque deuota exultatione, si pares voluntati vires accederent, beneficiis exhibitis honestissimum aptioremque locum distribuere, & obsequium gratiae debi-

debitum exhibere. Detinet imbecillitatem cordis operis nouitas sine tramine precedentis subeundi, cui me longe imparum scio: habebit enim ingentem magnumque laborem, incutitque conatibus hebetudinem meis plurimam. Vires tamen experiar, Gratia vestra obsecuturus, benignissimum iudicem sine dubio accessurus, si bona voluntati meae non affuerit aptata complendi possibilitas: ubi tumulatissima humanitate gloriosus & munificentissimus princeps amator defensorque literarum sententiam dicit, ad cuius humanissimum tutamen Vniuersitas Heidelbergensis multis ornata doctissimis eruditissimisque viris, ingenio recentissimis, transcendit omnia per Alemaniam Gymnasia. Itaque clarissime humanissimeque Princeps si quid habeo aut sum, totum benignitati vestrae noui obnoxium: id quod exhibere cum humili subiectione semper promptissime curabo. Et licet sint alij sapientiores, qui hoc opus melius vel utilius ornatiusque non mediocriter reddere potuissent: volui tamen ego deuotissimum & rectum latumque in gratiam vestram animum meum utcunque ostendere & experiri de inuentis nouiter grandibus quae alium credo neminem inuenisse. Data 10. Calend. Aprilis Anno domini Millesimo quingentesimo. .M.

Literas has vel quaslibet alias suscipiens, cui mittuntur in arte perito inter Characterem Armadielis: quo cognito vertat se, quo ars mandat vertendum, & dicat carmen.

Coniuratio.

ARMADIEL afran meson Casayr pelodyn, Cauoti chameron therforuy marbeuon pheor Casoyr myruosy lyburmy deon fabelronton, Chubis archamarson. Hac coniuratione debito modo completa, missus spiritus palam apparebit, sibi que commissa à mittente arcana reuelabit in aurem fideliter, nihil addens minuensve. Et si quid illi denuo fuerit ab illo commissum ut referat operanti, à quo missus est: fiat quod ab arte praecipitur; & obtemperabit.

CAP.

CAP. XVI.

*CVIVS PRINCEPS BARVCHAS IN EA
plaga moratur, unde ventus flare consuevit, qui appellatur Vul-
turnus, habens sub se principes multos & seruos, qui sunt
supercommissiones dominorum occultas
nunciatores.*

MANSIONI autem septedecimæ ad Vulturum ventum situatæ præfidet magnus Imperator Baruchas, qui habet sub suo Imperio multos principes, duces & alios spiritus, quorum omnium officium est nunciare occultas & secretissimas commissiones principum, nobilium & dominorum, subditis eorum vel amicis. Ex his nominabo tibi 15. qui sufficient omni operanti in Steganographia: & non habent inter se diuisiones vel ordines pro die & nocte sicut cæteri, sed omnes habent commissionem de omnibus in generali, ita vt quicumque qualibet hora vocatus fuerit ab operante, venire cogatur.

<i>Roth.</i>	<i>Schw.</i>	<i>R.</i>	<i>S.</i>	<i>R.</i>	<i>S.</i>	<i>R.</i>	<i>S.</i>	<i>R.</i>
<i>Quita</i>	<i>Cartael</i>	<i>Monael</i>	100	10	600	60	500	50.
<i>Sarael</i>	<i>Ianiel</i>	<i>Chubor</i>	200	20	700	70	400	40.
<i>Melchon</i>	<i>Pharol</i>	<i>Lamael</i>	300	30	800	80	300	30.
<i>Couayr</i>	<i>Baoxas</i>	<i>Dorael</i>	400	40	700	70	200	20.
<i>Aboc</i>	<i>Geriel</i>	<i>Decaniel</i>	500	50	600	60	100	10.

Habes nunc ex principibus Baruchæ magni principis seu Imperatoris ad operationem Steganographiæ nominatos duces 15. cum famulis & subseruitoribus eius 7040. quorum ministerium tibi sufficientissimum est ad omnem operationem huius artis. Cum ergo volueris aliquem ex his spiritib. aduocare, obserua diuisionem temporis secundum sex horas diei & noctis: &

G

versus

versus Vulturum positus facie, voca illum quem hora concer-
nit, diligentissime obseruans literas famulorum, sine quibus
nusquam procedunt: & ne erres in numero, ordine & dominio
eorum, caue.

Coniuratio.

BAruchas maluear chemorsyn charnotiel bason ianocri me-
dusyn aprilty casmyron sayr pean cauoty medason peroel
chamysyn cherdiel auenos noscar penaon sayr chaclonti ge-
nayr pamelron frilcha madyrion onetiel fabelronthos. Hac
cōiuratione completa sub silentio sicut oportet, mox aderit spi-
ritus principalis vnus, quem vocasti cum seruatoribus sibi depu-
tatis secundum seriem temporis. V.g. Commissum mihi est or-
dines perlustrare, Cœnobia & emendare & corrigere perperam
facta. Hinc ad amicum ex monachis vnum longe absentem cu-
pio tale mandare secretum, quod publicatum sibi carcerem o-
diumque pastoris, mihi vero & ordini ac bono communi detri-
mentum inferret. Vnde nec tradendum literis, nec homini cui-
quam committendum. Vt simus vterque securi, artis ministrum
aduoco spiritum, commendo arcanum.

*Literas quales volo transmitti, quas legi ab omni-
bus non recusabo.*

Ioannes Trittemius Abbas Spanheimensis ordinis San-
cti Benedicti religioso fratri Nicolao ex Dureckheim,
Monacho Cœnobij Hirsaugiensis eiusdem ordinis, since-
ram in domino charitatem.

Cum sciam charissime frater te amatorem bonarū artium, me te exhor-
tari vehementer delectat, quatenus perseuerare velis inquirendis re-
uoluēdisque iugiter librorum secretis, quæ nobis ostendunt fœlicitatis iter,
& tramite expedito redire in patriam, quam peccando perdidimus, ad quā
nos flagrantem reducet amor mitissimi & clementissimi saluatoris nostri in
scripturis sanctis occultatus nobis, si exornauerimus mētem Virtutibus ex-
ercitātes nos in studio sancto, sine dubio conferendus. Quid enim in exilio
miser

miserabili vagantibus salubrius dulciusue esse poterit quã literis sedulo incumbere: per quarum studium ad veritatem oculi nostri eriguntur requirendam, & ad beatitudinis futuræ desiderium mens nostra sustollitur: sine quibus comparatur hostiis anima temporalib⁹ & mundanis submersa negocijs, ad Dei cognitionem nunquam peruentura. Tu itaque voluptates tumultusque mundi contemnito, literis die noctuque vacato: quoniam & religio virtutibus & virtutes literarum commercio illustrari temperantur. Ita ut nec literas sine ornatu nobilium virtutum nec deligere, virtutes bonas sine scientia scripturarum præualeat. Itaque te exhortor, studio literarũ seper des operam. Vale ex Spanheim 16. Cal. Apr. Anno domini M. D. .m. .v. :

Posteaquã suscepit literas is cui mittuntur; signo Baruchæ cognito, præmissis præmitendis, ad plagam Vulturini, quæ est ante Orientalem proxima, dicat sub silentio istam Coniurationem.

Coniuratio spiritus.

BAruchas Mularchas chameron notiel pedarsy phroys lamalay myar chalemon phorsy fabel ontho theras capean Vear almonym lierno medusan thersiel peatha thumar nerofyn cral nothiel pefon f. galry madon scoha bulayr. Coniuratione dicta secundum artis præceptũ, spiritus apparebit, & commissum sibi arcanum producet in aurem sine deceptione.

C A P. XVII.

*CVIVS PRINCEPS ET SPIRITVS SVPRE-
mus vocatur Carnesiel, & moratur in Oriente, habens sub se duces
& principes multos cum seruatoribus eorum, quorum offi-
cium est nunciare omnia, quæ versus Orientem
mittuntur.*



QUONIAM tam multa sunt & plura possunt emer-
gere negocia hominum, ad quæ intimanda procul
amicis nullus sit in prædictis mansionibus prin-

ceps aut spiritus specialiter deputatus: ne operatibus in hac arte Steganographiæ aliqua ad perfectionē operis sui difficultas occurrat: posteaquam specialium quorundam fecimus mentionem qui specialibus præsent arcaneis: volumus etiam quosdam generalibus nunciandis generales exprimere principes spirituum, ut si quid forsan occurrat alicui nunciandum, super quo in prædictis nulla inveniatur commissio, ad istos referatur, qui suo modo super omnibus habent commissionem: ita tamen ut generalitas specialitati non deroget: nec specialitas non satis lucide expressa generalitatis officium recuset. Quatuor itaque sunt principes magni, qui cum ducibus & subseruitoribus suis omnibus præsent arcaneis nunciandis superius non expressis: quorum primus Camefiel omnibus præsidet, quæ voluerimus nunciare versus Orientem. Caspiel versus Meridiem. Amenadiel versus Occidentem, & Demoriel his quæ mittuntur generaliter versus Septentrionem. Cum ergo volueris arcanum aliquid per spiritum nunciare amico procul absenti versus Orientem: voca vñ aut plures quot volueris ex principibus Camefielis, vertens te per totam operationem ad orientalem plagam, sicut nosti secundum artem. Describam tibi nomina principum cum numero seruorum, quot ad præsens negotium sufficiunt: & caue, ne erres in aliquo.

<i>Roth.</i>	<i>S.</i>	<i>X.</i>		<i>S.</i>		
<i>Myresyn</i>	<i>Benoham</i>	<i>Armany</i>		6000000000000000		
			<i>X.</i>	<i>S.</i>	<i>X.</i>	
<i>Ornich</i>	<i>Arisiel</i>	<i>Capriel</i>	10	30	100	300
<i>Zabriel</i>	<i>Cumeriel</i>	<i>Bedarys</i>	10	30	100	300
<i>Bucafas</i>	<i>Vadriel</i>	<i>Laphor</i>	10	30	100	300

Habes ex principibus Camefielis 12. cum maxima multitudine famulorū, vbi (nota) ille magn⁹ numerus 6000000000000000. est aliorum ducum & principum, qui generaliter præsent omnibus diurnis: & vocatur ex eis certus numerus, quot voluerit operator,

rator, cum duce nominato. Alij autem in quadruplici ordine sunt famuli principū duodecim; & veniunt semper cū eis in ordinibus suis. Cum ergo volueris operari per isto; præmissis præmittendis ista est coniuratio.

Carmen.

CAMESIEL aphroys chemeryn mear apofyn .Layr peã noema ouear ma fere cralty caleuo thorteam chameron ianoar pe lyn Layr, baduson iesy melros ionatiel delassar rodiuial meron fau can fabelron clumarfy preos throen benarys fauean demofynon laernoty chamedonton. His rite completis, aderit generalis arcanorum nuncius quem vocasti, promptus, fidelis, penitusque secretus.

:—:—

Amicum voluerim auisare occulte de homine malo.

EST homo quispiam sub apparentia honestatis malus blatterator: is sciens me posse apud amicum, commendatorias ad eum postulat à me literas; negare non valeo, nec decipi amicum volo ab illo fraudulenter. Scribo literas, circumcellionem laudo mirum in modum, legit, exultat, a pertam insidiandi viam sibi pollicetur oblatam. Do literas, abit lætus, voco spiritum, mitto ad amicum, vt auiset illum, meumque manifestet arcanum.

Literas mitto commendatorias illi placentes qui commendatur.

Ioannes Tritth. Abbas Spanheimensis Ioanni Vigilio, domino Vuckor, vtriusque Iuris Doctori clarissimo Salutem dicit.

LAtorem presentium ad te mitto, Vigili amantissime, hominē profectō cunētis adornatū virtutibus, omnibus eruditissimum in scripturis estimatum


matum, tantaq; venustate & morum redimitum, quod vix illi similem aliquando his oculis vidisse memini optimum Mathematicum, Philosophū acutissimum, literatissimis viris comparandum, sapientia & studio omnes Teutonicos exercitatissimos transcendentem, unde dignus est nobis merito visus laudibus literatorum virorum omniumque bonorum excipiendus: quippe nobilis & literatissimus, qui omnibus queat utilis esse in tradendis varijs doctrinis rerum mirandarum. Vale, ex Spanheim 15. Cal. April. Anno M.D. †

Cum has similesue quascunque acceperit literas amicus in arte Steganographiæ probatus: cognito signo Carnesielis, se vertat ad Orientem, & præmissis præmittendis, dicat istam con-
iurationem.

Coniuratio.

CArnesiel aproysi chameron to pemalroyn phroys Cadur
mearmol benadron Vioniel saviron army pean arnotiel fa-
belronthusyn throe chabelron sauenear medalloys vear olme-
nadab cralty sayr. Carmine dicto, spiritus missus iam visi-
bilis apparebit reuelabitque arcanum
fideliter commissum.

Ha-



In concauo secundi circuli, super numero 400. bis posito, nec nō super numero 1000. deest litera R. Et in sexti circuli concauo pro generalis legendum est generales.

HAbes in hoc Circulo 4. Imperatores principales & mansionis vniuscuiusq; situm, numerū quoq; ducum, subducum & seruatorum penē innumerabilium. Scias ergo, quomodo per istos sit operandum.

CAP. XVIII.

CVIVS SVPREMVS PRINCEPS EST CASPIEL dictus, cuius mansio est ad Austrum, qui habet sub se multos principes, duces & famulos innumerabiles.



AD Austrum habitat magnus Caspiel princeps, qui habet sub suo dominio principes siue duces præcipuos 200. Comites vero siue subduces 400. cum ingenti multitudine seruatorum, quorum

rum officium est nunciare generaliter omnia & singula superius non contenta versus Meridiem. Cum autem necessarium sit in hac arte scire quosdam ducum ex nomine, sintque multi: curabimus paucorum nomina dicere ex multis, qui nobis sufficiunt ad omnia.

X.	S.	X.	S.	X.	S.	X.	X.
<i>Vrsiel</i>	<i>Budarym</i>	<i>Geriol</i>	200	40	2000	400	20
<i>Chariel</i>	<i>Camory</i>	<i>Ambri</i>	200	40	2000	400	20
<i>Maras</i>	<i>Larmol</i>	<i>Camor</i>	200	40	2000	400	20
<i>Femol</i>	<i>Aridiel</i>	<i>Otiel</i>	200	40	2000	400	20

Habes nunc ex principalioribus ducibus Caspielis 12. cum comitibus, subducibus & famulis 100640. per quos fit omnis operatio nunciandorum, versus Meridiem generalis. Cum autem ad amicum volueris aliquid nunciare occultum versus Austrum manentem, fac quæ secundum artem requiruntur, & dic coniurationem.

Coniuratio Spiritus.

CAspiel aloyr chameron noeres padyr diuiel prolsyn vear maduson cralnoti fruon phorsy larsonthon thiano pemarkson theor. Caueos adeueos friato briosi panyeldrubon madiel fayr fabelrusyn gonear pean noty nabufran.

Coniuratione debito modo completa, videbis præsentem quem vocasti, & ad obediendum mandatis tuis in omnibus paratum. Omnes istius Caspielis duces beneuoli & voluntarij sunt valde, sed subduces eorum aliquantulum sunt duriores; attamen coniurationibus cedunt, si operator fuerit constans & imperterritus, loquens ei dure, quasi cum autoritate maxima. Nullus enim eorum tam durus est, qui non mansuescat per virtutem autoritatis potestatiue compulsus & adiuratus.

Ponamus qualecunque arcanum, quod nulli
confidendum.

Est mihi cum amico negocium, quod si in publicū transferit,
vtrique periculum grande orietur. Obseruantur internun-
cij omnes, vt literæ ab insidiantibus nobis legantur. Vt ergo simus
securi, negociumque nostrum maneat secretum: scribo literas,
quæ nullius vereantur conspectum, quas spiritu inuisibili comi-
tante mitto ad præfatum amicum.

Non refert, qualescunque sint literæ, si fuerint
spiritui commissæ.

Conspicite mortales breuitatem & miseriam presentis vitæ, & agite
pœnitentiam salutarem, dum tempus habetis. Va vobis dementissimi
amatores secularis gloriæ, Deum omnipotentem, æternamque letitiam te-
mere despicientes. Quare non amatis superna illa conuiuia quæ sunt humi-
liter Deum inquirentibus repromissa? Vos enim humilitatem abijcitis, bre-
uissima gaudia mundi queritis, æternæ beatitudinis excellentiam non ama-
tis: contentioso Zelo viuitis, honestatem actionibus nequam maculatis, lau-
desque Dei excelsi nescitis. Die noctuque secularibus actionibus lucrisque
temporalibus insistitis: semper venandis nouitatibus extensi memoriam a-
cuitis lectiones audire negligitis: tempus gratiæ vobis indultum, æternæq;
beatitudinis expectationem non curatis. Ecce Iudex cunctis horribilis cri-
minosis appropinquat. Ecce Omnipotens Maiestas districta accelerat. Ecce
Iudicium nouissimum statuitur. Ecce lamenta æterna proponuntur: bona-
que sempiterna nobis subtrahentur. Anno M.D. 15. Cal. Apr. 6

Cum has literas susceperitis, cui mittuntur; præmittat ea quæ
sunt ex arte præmittenda, conuertensque ad meridiem se, dicat
Carmen.

Caspiel asbyr Chameronty churto freueon dayr fabelron
Cathurmy meresyn elso peano tailtran Caspio fuar Medon cli-
barsy Caberosyn vltty pean Vearches pemasy natolbyr melda-
ry noe Cardenopen men for diuiel adro. Carmine dicto, aliisque

H

ex mo-

ex more subiunctis, nuncius inuisibilis apparebit, referens amico fideliter & secretè in aurem omnia, quæ mandavi.

CAP. XIX.

CVIVS PRINCEPS SUPREMVVS DICITVR

Amenadiel, habitans in Occidente: qui habet sub se duces

300. Comites vero 500. & seruos pene innumeros.



AMENADIEL Imperator, spiritus Occidentis supremus habet sub suo dominio principes potentiores siue duces 300. subduces siue comites non pauciores quingentis, seruos, subseruitores & famulos ex innumerabilibus, quorum nomina inueni non minus quam 30000. præter alios innumerabiles, quorum nomina nondum inueni. Sufficiunt enim isti omnibus arcanis versus Occidentem amicis nunciandis. Sed nomina ducum, qui sunt in ministerium huius artis vocandi, iam, quot sufficiunt, dicam.

Roth.	Schw.	R.	S.	R.	S.	R.	S.
Vadros	Rapsiel	Almesiel	30	50	300	500	3000
Camiel	Lamael	Codriel	30	50	300	500	3000
Luziel	Zoeniel	Balsur	30	50	300	500	3000
Musifriel	Curifas	Nadroc	30	50	300	500	3000

Per hos 12. duces & principes, quicquid operandum fuerit ex imperio Amenadielis in Steganographia ad Occidentem, totum poteris perficere. Sed obserua diligenter, vt scias cum vocas aliquem ex ducibus; & scias, quot sub se habeat comites, seruitores & famulos secundum 24. horas diei & noctis, quas isti 1550. æquali partitione sibi in suo ordine deputatas custodiunt. In quibus si erraueris, nihil proficies, & forsitan periculum aliquod incidere. Oportet enim volentem in Steganographia operari, non solum in arte nostra esse peritum, sed etiam in omnibus

inibus diligentissimum, quia per parvam in operatione negligentiam magnum plerunque oriri periculum consuevit. Cum itaque per istos spiritus aliquid volueris operari, verte te ad Occidentem; & præmissis præmittendis, dic istam coniurationem.

Coniuratio.

A Menadiel aprolsy chameronta nosroy throen mesro salayr chemaros noc pean larly freueon ionatiel pelroy n rathroy Cafer malusan pedon Cranochyran daboy seor marchosyn lano pedar venoti gesroy phernotiel Cabron. Coniuratione rite completa, spiritus aderit, quem vocasti, promptus & alacer ad omnia, quæ mandaueris ei perficienda.

Arcanum mihi est valde secretum & necessarium ad amicum.

Est mihi quoddam secretum ad amicum, quod nec homini nec literis confido perferendum; quoniam si veniret in publicum, magnum mihi & periculū crearet & damnum. Morā pati non valeo: voco itaque spiritum, scribo literas in nullo penitus suspectas, & quas nec intelligere ipse quidem putetur, ut pote latini sermonis ignarus: mitto spiritum, reuelat secretum.

Literas mitto qualescunque, quas inuisibilis comitetur spiritus.

Ioannes Trittemius Abbas Spanheimensis Nobili & Strenuo Equiti, Alberto Goeler de Rauesburg, præfecto Crucenacensi, S.

Saluatorem nostrū Dominum Iesum Christū ad Iudiciū credimus esse venturū, qui reddet unicuique secundum opera sua. Hoc credimus & negligimus miseri nos ipsos. Itaque faciē eius præuenire lachrymis assiduis studeamus, emēdantes negligētias nostras quas cōmisimus, ne imparatos terribilis ille redēptoris nostri aduētus præoccupet: cui omnes, mercedē malorum excepturi, necessario occurremus. Quare nūc vilipēdimus oportunū nobis sa-

lutis tempus indultum: quod tam utile nobis tamque acceptabile, concessit Omnipotens? Cur non zelamus viros moribus insignes, qui nobis exempla reliquerunt iustitiae conuersationis honestae, humilitatis castitatis, omniumque virtutum? Agamus, illorum nomen amulantes paenitentiam: quonia viuendi nobis terminus instat. Mors horribilis veniet, quae parcere nescit: sed deuorabit iuuenes & virgines, senesq; cū iunioribus. Viuamus in luctu, lauantes excessus nostros continuis lachrymis: ne mors inopinato comprehensos horribili nos iudicio submittat. vitam emendemus retroactam. Deum rogantes ut post praesentis incolatus breuitatem aeternā nobis beatitudinem concedat. Amen. Vale. Data ex Spanheim, 14. Calend. Aprilis, Anno M.D.

Q

Cum has vel quaslibet alias spiritui commissas à me literas acceperitis, cui mittuntur, amicus, in arte probatus: signo huius plagae principis cognito, praemissis praemittendis, dicat coniuurationem.

Coniuuratio.

A Menadiel bulurym chameroty eriscoha pedarmon flusropean truarbiel fabelron greos belor malgoty nabarym stilco melros fuar pelaryso chitron amanacason. Hac coniuuratione secundum debitum modum completa, spiritus (inuisibilis alioquin) apparebit visibilis, & reuelabit arcanum.

C A P. XX.

CVIUS PRINCEPS DEMORIEL AD
 Septentrionem habitat, habens sub suo dominio duces maiores:
 seu principes numero 400. subduces siue comites 600. cum
 multis subseruitoribus & famulis, quorum
 incertus est numerus.



AD Septentrionem habitat magnus princeps Demoriel, habens sub suo dominio principes & duces principales 400. quos mittit in ministerium huius artis secundum ordines suos cum subducibus & comi-

comitibus: quorum numerus minor non est 600, ad nuncian-
da arcana omnia, quæ versus Septentrionem voluerimus man-
dare amicis in hac arte peritis. Ex præmissis omnibus tantum
ponamus nomina, quanta nobis ad præsens sunt necessaria, cum
numero comitum & seruorum secundum ordines suos in horis.

R.	S.	R.	S.	R.	S.	R.	S.
<i>Arnibiel</i>	<i>Doriel</i>	<i>Medar</i>	40	600	400	60	40
<i>Cabarym</i>	<i>Mador</i>	<i>Churibal</i>	40	600	400	60	40
<i>Menador</i>	<i>Carnol</i>	<i>Dabrynos</i>	40	600	400	60	40
<i>Burisiel</i>	<i>Dubilon</i>	<i>Chomiell</i>	40	600	400	60	40

Iam habes ex 400. ducibus Demorielis nominatos 12. & ex
subducibus, comitibus & seruis 4560. in numero, qui cum ipsis
ducibus secundum ordinem deputatum in horis 24. diei
& noctis (quem te scire oportet ante omnia) suas partes obeunt.
Cum ergo volueris per aliquem ex his ducibus in Steganogra-
phia operari, vertas te ad Septentrionem sicut moris est, & præ-
missis quæ requiruntur ad artem, dic coniurationem.

Carmen coniurationis.

DEmoriel onear dabursoy Cohyne chamerson ymeor pean
olayr chelrusys noeles schemlaryn venodru patron mysel-
ro chadarbon veuaon maferos ratigiel personay lodiol camedõ
nasiel fabelmerusin sosiel chamarchoy syn. Completo carmine,
Spiritus ad omnia promptus obediens & paratissimus tibi visibi-
lis apparebit, cui secure committis arcanum perferendum.


*Sit mihi tale arcanum vel aliud quodlibet inti-
mandum.*

AMicus mihi est intimus, procul hoc tēpore absens, ad quem
mihi negotium est secretissimum, quod nulli omnino, nec
H. 3 literis

literis quidem, tuto sit committendum. Vt igitur secretum maneat, semper Spiritum aliquem vocare libet ex arte mihi familiarem. Commendo arcanum: venit, vadit, fideliter agit, perfert quæ commisi amico, tuti ambo sumus: ipse quoque reportat mihi ab amico secretum responsum, quod nulli mortalium alteri dicet. Vt autem missum ad se Spiritum amicus ipse intelligat, necesse est literas quascunque nihil metuentes fingi, in quibus signum missi spiritus recognoscat. Non enim apparet Spiritus, nisi compulsus.

Pramittamus literas, qualescunque placuerit, quæ nullius vereantur conspectum.

Ioannes Trittem. Abbas Spanheimensis Iacobo VVymfelingo, Sletstatino, Theologo, poetæ & oratori facundissimo Salutem.

Maxime vellem Iacobe VVimpfelinge, satisfaceres vel sero tandē pollicitationi tuæ & expectationi de te mea. Scis autē, quid sis pollicitus, & quid expectem, non ignoras. Non Monachum sed cum monachis vivere te cupio. Accelera pariter viuamus. Ecce hora instat nostri transitus valde metuenda. Quid ergo moramur? Cur breuē ærumnosumque incclatus nostri statum in fœlices negligimus? Cur agere pœnitentiam salutari tēpore delictorum excessuumq; recusamus? Præparemus nos ad mortem, quoniã accelerat satis terribiliter, omnes reprobos vocat, nulli parcit, nullum reueretur: orantibus negat audientiam: lachrymas contemnit eiulantium: minasq; despicit principum regum nomina gloriamque exterminat: superbiam tyrannorum odibilem cunctis euacuat. Ergo frater, redemptoris beneficia exhibita, nobis valde utilia, sedulo cogitantes recompensemus, nostros emendando reatus, bonis moribus iugiter refulgentes, quatenus pœnitentiæ lachrymisq; placare districtum iudicis examen, properantis ad sedem iudicandi, valeamus, qui se terribilem ostendet proiectis, iocundum electis. Vale ex Spanheim, quinto decimo Calēd. April. Anno domini M.D. 

Cum

Cum literas acceperit is, cui mittuntur, in arte peritus: faciat primo quod ars ipsa requirit: deinde conuersus ad Septentrionem, sicut moris est, proferat coniurationem.

Carmen Coniurationis.

DEmoriel ofayr chameron chulty faue porean lufin dayr pe-
an cathurmo fomarson erfoty lamedon iothar bufraym fu-
ar menadroy chilarso fabelmerufyn. Carmine cōpleto, sicut in
arte præcipitur; aderit Spiritus missus, apparebitque visibilis ti-
bi soli, & alteri nulli penitus: & arcanum dicet in aurem.

C A P. XXI.

*CVIVS SUPREMVVS IMPERATOR ET PRIN-
ceps vocatur Geradiel, ad nullam orbis plagam habitans:
sed vagus ubique adesse con-
suevit.*

PRÆTER eos imperatores, principes & duces Spirituum, quos in superioribus capitulis nominauimus, qui certis consistunt in locis per orbem visibilem, deputati sunt & alij complures vagi, instabiles, & nulli certo consistentes, quos antiqui sapientes & magi appella-
uerunt ^{di 726 789} id est, instabiles, quia volant in aere, sicut muscæ, sine ordine, sine habitatione & sine restrictione. Ex his sunt nonnulli nobis ad Steganographiam non inutiles: quia non requirunt obseruantiam locorum, sed in omni loco per coniurationem aduocari possunt. Primus ex his vocatur Geradiel, qui non habet aliquem sub se ducem aut principem, sed tantum famulos multos & pene innumerabiles, quos secum assumit in ministerium secundum ordines, quos inter se habent, & secundū 24. horas diei & noctis: quorum officiū generale est, omnia, quæcūque & ad quamcunque plagam volueris, arcana nunciare.

Horæ

	R.	S.	S.	R.	S.	S.	R.	S.
Horæ diei & noctis.	2	2	200	100	40	30	50	60
	2	2	80	70	100	90	120	110
	R.	2	140	S.	R.	150	180	170
	2	2	R.	130	160			
	2	2	2	200	1000	400	300	60
	2	2	800	700	10000	900	1200	110

Habes in hac tabula secundum horas numeratos & dispositos in ordine suo 18150. ministros & famulos Geradielis magni principis, quorum dispositionem & rationem tibi ad operationem omnino noueris necessariam, vt scias qualibet hora cum quot famulis venire soleant: vel quando ipse non consueuerit venire, sed famuli horæ deputati. Consulo autem tibi, vt in operationibus tuis horam obseruare cures, in qua ipse princeps personaliter veniat cum famulis eiusdem horæ, qui alioquin imperatore suo absente non semper voluntarij sunt ad obediendum in omnibus operanti. Cum ergo per huc principem operari uolueris; præmissis præmittendis, dic coniurationem.

Carmen Coniurationis.

Geradiel onayr bulesar modran pedarbon fazeuo nabor vic-
lis proyn therdial masre reneal Chemarson cuhadiam al-
mona faelry penoyr satodial chramel nadiarsy thorays Vayr pe-
an efridiel cubal draony myar dearsy colludarsy menador ato-
tiel Cumalym drasnodiary parmy fosiel almenarys fatiel chulty
dealny pefon duarsy cuber fruony maroy futiel, fabel merusi ve-
nodran pralso lusior lamedon fyuario larboys theory malrosyn.
Completo carmine, spiritus aderit, vel principalis cum seruis,
aut serui ex numero horæ sine principe, sicuti uolueris se-
cundum horas, vt supra dixi-
mus.

Arcanum, quodcunque placuerit, commitemus: semper occultum erit.

SIt mihi quodcunque arcanum, quantumlibet secretum, quod vel vni vel pluribus per spiritus sit intimandum amicis in arte Steganographiæ ad perfectum institutis. Voco principem prædictum hora mihi congrua, committo mysterium, accipit ille, vadit, perfert omnino fideliter: literas mitto pro forma tantum, vt decipiantur homines: & is, cui mitto, sciat ex signo subscripto quem spiritum debeat aduocare, quia non comparent non compulsi.

Literas mitto qualescunque non secretas.

Ioannes Trittemius Abbas Spanheimensis omnibus eruditis & curiosis, in hac arte sine præceptore legentibus, laborem.

Vitam vestram radicitus emendate. Iudicii districtum examen subito omnes comprehendet (nemo tutus) & amaritudine sua, luctibusque æternis vitiosos replebit, contristare sanctos non audebit. Eialantes deplorate reatus vestros miserrimi stultissimi que Ecce sine exercitiis bonis nomen religionis recusatis. An nescitis examen superuenturum noxiis? Appropinquat hora nouissima: non viuemus diu, sed ex improviso transire omnes nos horribiliter compellemur. Itaque nolite tempus negligere: gratiam concessam operibus honorate. Ex Spanheim, 13. Cal. Aprilis, Anno 1500. X.

His literis susceptis vel quibuslibet aliis, quæ fuerint characterè Geradielis insignitæ; nõ opus erit quoquam se vertere: sed præmissis in arte consuetis, Coniurationis Carmen dicendum est.

Carmen Coniurationis.

Geradiel ofayl chamerusyn chulti pemarsoniel dayr fayr chaturmo les bornatyn erfoty camylor fayr fabelmerodan cofry damerson maltey nabelmerusyn, Hac coniuratione completa, spi-

ta, spiritus missi apparebunt tibi visibiliter, tibi que manifestabunt omnia secrete loquentes in aurem.

C A P. XXII.

*CVIVS PRINCEPS EST BVRIEL NOCTVR-
nus, Lucifugus, & habitans in lacubus & foraminibus terræ:
& non fit operatio per eum nisi in
nocte.*

DOST Geradiem sequitur Buriel, princeps quidem magnus, sed peruersus & nequam, qui omnes alios spiritus (& maxime principes) odit, persequitur, detestatur: sed non minus odio habetur ab illis: lucē timet & fugit cū omnib. ducibus & famulis suis, nec vnquā venire consuevit nisi in nocte, & hoc frequenter cum magno horrore & pauore operantis, maxime si non fuerit perfectus in arte, constans & fortis animo. Et frequenter apparet in specie serpentis, habens caput virgineum, caudam & totum corpus serpentinum, sibilans terribiliter. Adiuratus debito modo, verbis humanis loquitur, habet sub se duces & principes, quos in ministerium mittere consuevit cum famulis & seruis eorum, quorum multitudo est pene innumerabilis. Ex his aliquorum nomina ponamus, qui nobis ad operationem sufficiant.

Roth.	S.	R.	S.	R.	S.	R.
<i>Merofiel</i>	<i>Casbriel</i>	<i>Drusiel</i>	100	10	10	100.
<i>Almadiel</i>	<i>Nedriel</i>	<i>Carniel</i>	100	10	10	100.
<i>Cupriel</i>	<i>Busiel</i>	<i>Drubiel</i>	100	10	10	100.
<i>Saruiel</i>	<i>Futiel</i>	<i>Nastros</i>	100	10	10	100.

Habemus in hac descriptione tabulæ ex principibus Burielis 12. cum famulis 880. qui secundum 12. horas noctis inæquales, quas planetarum appellamus, cum ducibus singulis in ordine suo

suo procedunt, cum ab operante fuerint debito modo vocati. Dux apparere consuevit in forma qua diximus: famuli autem solent frequenter apparere, tanquam simiæ aut ioculatores, ludentes & saltantes ex alto ad terram, mirabili phantasia. Cum per istos principes operari volueris: nō præsumas, nisi post solis occasum, incipere operationem tuam: quia non obediunt, nisi in nocte. Non opus est obseruare plagam orbis; sed inspiciendo terram sub pedibus dicito istam Coniurationem,

Coniuratio.

BVriel mastfoyr chamberusyn, noel pean Ionachym mardusan philarisij, pedarym estlis car moy boyscharonti phroys fabelronti, mear Laphany vearchas, clareson, notiel, pador aslotiel, marsyno reneas, Capedon, thisinasion melro, lauair carpentor, thurneam camelrosyn. Carmen istud cum sub silentio dixeris semper inspiciendo terram: spiritus aderunt vocati. Sed vide ne terrearis: quia tibi nocere non poterunt, si fueris fortis & animo constans. Et nota, quod isti principes seu spiritus, quamuis generaliter deputati, nunciare omnia nocturna secreta in nocte habeantur: maxime tamen sunt apti & voluntarij nuncium ferre in carceres & lacus ad captiuos, & similiter in his, quæ pertinent ad amorem carnalem, & occultas practicas amantium; & ad omnia, quæ fiunt in nocte, siue bona, siue mala sint, quia lucē odio habent.

Ponamus arcanum, quod nulli penitus sit confidendum, vt:

ARcanū mihi sit ad amicum in hac ciuitate cōstitutū, quod illi nec per literas possum, nec per nuncium significare, ne fiat publicum. Obstāt mihi plura, ne amicum ipse accedam. Voco aliquem ex prædictis spiritibus, committo illi mysterium: vadit, nunciatque fideliter, quæ commisi: sum tutus.

Literas confingam, qualescunque voluero,
quæ neminem vereantur, nempe vt sunt
istæ.

Saluator noster Iesus Christus, qui humanum genus cruore suo in Cruce
moriens redemit, sollicitè absq; intermissione est à nobis laudandus: ipse
fugabit mortem, vitamque nobis æternam se timentibus amantibusque spo-
pondit traditurum. Nunc itaque exurgamus, charissimi fratres, à peccatis
nostris, operibus bonis lucernas nostras componentes. vt redemptori leti oc-
curramus in hora metuendi transitus, quando mors rapiet animas nostras.
Habemus nunc copiosum tempus implendi pœnitentiã, lucernasque ornan-
di: in hora vero mortis vltima spacium nobis pœnitendi vltèrius prorsus
negabitur. Consideremus breuissimam gloriam mundi, quoniam vana est:
transit velocissime, nosque cum illa omni hora corrumpimur. Humiliemus
ergo corda nostra omni tempore, nunquam deficientes. Anno M. D. 13.
Cal. April. d-

Cum has aut alias quaslibet susceperit literas is, cui mittun-
tur, in arte peritus: cognito signo Butielis, præmissis præmitten-
dis, terram inspiciat, & Coniurationem dicat.

Coniuratio.

BVriel, Thresoy chamerontis, hayr plassu, nadiel, marso, nea-
ny, pean, sayr, fabelron, chaturmo, melros, ersoty cadubero-
syn. Dicto carmine, spiritus omnibus inuisibilis, tibi visibilis.
apparebit, & arcanum sibi commissum fideli-
ter dicet.

CAP. XXIII.

*CVIVS SPIRITVS ET PRINCEPS SVPRE-
mus vocatur Hydriel, & moratur in aquis: habens sub se du-
ces 100. comites 200. famulos pene innume-
rabiles.*



H S T alius inter principales Spiritus princeps, qui vocatur Hydriel, & moratur in aquis, piscinis, lacubus, paludibusq; & mari, & circa fōtes, cisternas & flumin:; habens sub suo dominio ad minus 100. duces siue principes, comites vero siue subduces 200. & famulos multos. Horum officium est generaliter nunciare omnia tam per aquas quam per terram, siue in die sit, siue in nocte. Et scias, quod satis beneuoli & voluntarij ad omnia sunt principes, sed non ita apparent, quando veniunt coniurati. Apparent enim frequenter in forma serpentis, aliquando magni, aliquando parui; caput virgineum valde pulchrum habentes, capillis expansis. Nullus eorum solus incedit: sed quilibet princeps secum ducit ad minus duos comites, & 80. famulos. Vt autem in operatione non incurras errorem, ex ducibus tibi aliquorum nomina ponam.

Ⲛ.	Ⲛ.	Ⲛ.	Ⲛ.	Ⲛ.	Ⲛ.
<i>Mortaliel</i>	<i>Lameniel</i>	<i>Camiel</i>	10	20	100 200
<i>Chamoriel</i>	<i>Brachiel</i>	<i>Arbiel</i>	10	20	100 200
<i>Pesariel</i>	<i>Samiel</i>	<i>Lusiel</i>	10	20	100 200
<i>Musuziel</i>	<i>Dusifriel</i>	<i>Chariel</i>	10	20	100 200

Ecce habes ex principibus & ducibus Hydrielis 12. & ex comitibus & seruis 1320. qui tibi sufficiunt ad operationes tuas in Steganographia secundum ordinem 24. horarum: ita vt quilibet dux habeat 2. horas, comites & famulos 110. in ordinibus suis, quos te omnino scire oportet. Cum per istos principes spiritu-

um aliquid agere in Steganographia volueris: fac quæ scis secundum artem facienda, & dic coniurationem.

Carmen.

Hydriel, apron chamerote, sarrus pean nearmy chabelon, vearchas, belta, nothelmy phameron, arfoy pedaryn onzel, Lamedo drubel areon veatly cabyn & noty maleros haytny pe sary does, pen rasi medusan ilcohi person. Carmine dicto, Spiritus quem vocasti aderit, cum seruatoribus sibi secundum horam deputatis, eritque tibi in omnibus obediens, & fidelis ad omnia, ad quæ miseris eum.

κ.

Arcanum aliquod fingamus.

Sit mihi arcanum valde secretum qualecunque ad amicum, quod illi nec per literas, nec per nuntium tuto possim facere notum. Ne ergo in lucem veniat secretum aduoco Spiritum, venit, obtemperat ille, commendo secretum, perfert fideliter.

κ.

Literas qualescunque formemus.

Ioannes Tritt. Abbas Spanheimensis fratri Petro Marponio Gifemio laureato, Monacho Rhenensi S.P.D.

Frater Nicolaus Irbusiensis Episcopus suffraganeus reuerendissimi patris, illustrissimique ducis Adami Insignisburgi Pantomorani, honestissimi clarissimique Archipresulis, infatigabilis librorum amator iustissime videtur Abbatem, Vinilianum nomine (quia est) bestiis comparare, epulantem splendide inter bestiarum merdimenta preferentem voluminibus vitulos, quemadmodum Reuchlyn firmavit. Tu Nicolaum, rogo, imiteris, optimum mansuetissimumque pontificem. Vale, 12. Cal. April. M. D. .ᶓ.

Cum literas istas aut quaslibet cum signo Hydrielis acceperis: nulla consideratione orbis obseruata, sed premissis duntaxat generalibus in arte præmittendis, ex more dicito sequentia.

Com-

Coniuratio.

HYdriel omar, penadon epyrma narfoy greol fabelrufin' adiel pedrusij nozeui melrays vremy pean larfoy naes chemerotyn.

Hac coniuratione dicta, debito modo, secundum institutionem artis; apparebit tibi spiritus missus visibiliter, reuelans arcanum sibi commissum in aurem.

CAP. XXIV.

CVIVS PRINCEPS VOCATUR PYRICHIEL, habens sub se duces, principes, comites, famulos multos, quorum numerus incertus est.

PYRICHIEL princeps quidam Spirituum supremus nobis ab arte nostra non videtur omnino abijciendus: quia satis beneuolus esse perhibetur.

Non habet sub se duces aut principes more cæterorum, sed tantum comites & subseruitores, quorum incertus est numerus. Sunt qui dicant eum duces sub se habere & principes, qui nobis videntur proprietatem & cõsuetudinem eius non satis intelligere: quippe qui comites & seruitores pro ducibus somniarunt. Nomen autem Pyrichielis ab igne traxit vocabulum; quia frequenter circa ignem versari consuevit.

R.		R.				
Damarziel	Menariel	200	200	100	80	80
Cardiel	Demediel	100	600	60	50	50
Almasor	Hursiel					
Nemariel	Cupriziel	400	30	30	10	10

Habes iam octo ex comitibus Pyrichielis cum famulis ad obsequium deputatis secundum ordinem horarum. Cum itaq; per istos dictos iam Spiritus operari volueris: voca vnum ex eis, quem

quem volueris: & cum iterum operaris alia vice, tunc vocabis alterum immediate sequentem: & simili modo cum cæteris faciendum memineris. Præmissis itaque ex more præmittendis in arte generaliter, dic coniurationem istam.

Coniuratio.

PYrichiel marfoys chameron, nael peanos pury lames iamene famerufyn mearlo canorson theory torfa, nealthis dilumeris maphroy carful ameor thubra phorfotiel chrebonos aray pemalon layr toyfi vadiniel nemor roseuarly cabti phroys amenda machyr fabelronthis, poyl carepon vemij naslotyn.

His completis, Spiritus, quos vocasti, videbis præsentem: & principalis semper in forma serpentis caput pulchrum habens instar virginis, capillis expansis, apparere consuevit. Sequitur.

Arcanum ponamus quodlibet.

ARcanum mihi sit ad amicū procul absentem, quod nec per literas tuto mittere possum, ne legantur disiectæ, vel certe in via præceptæ. Homini perferendum minus confido; quippe qui nouerim fidem in hominibus cum fortuna mutari. Ut ergo sint omnia tuta, Spiritum secreti amicū aduocō: venit ille mox, audito carmine, perfert commissum fideliter.

Formemus literas, ut placet.

Ioannes Trittemius Abbas Spanheimensis Iacobo Dracomio, Præmonstratensis ordinis canonico, S.
& charitatem.

EST nobiscum mathematicus insignis & egregius rhetor, tranquillissima vitæ studio feruēs iugiter. Habet secum codices ferme infinitos, exemplariumque diuersorum inestimabilem thesaurum: rectæ & bonæ vitæ, societatisque honestæ Iocundus beneuolusque doctō: in resoluendis dubiis expertissimus. Res grandes exponit: nomen suum est Orophanius, regni Bosne Burggrauis. Vale. 12. Calend. April.

Cum has aut similes quaslibet acceperit literas, Pyrichielis chara-

charactere signatas is, cui mittuntur, in arte Steganographiæ peritus; faciat, sicut nouit secundum artem esse faciendum: deinde accenso lumine, dicat istam Coniurationem.

Coniuratio.

PYrichiel ofayr Chamerofy culty mesano dayr fabelron cathurmo pean erfoty meor iather cabon Frilastro melrusy. Carmine dicto; nuncius inuisibilis visibilem se præstabit, & commissum sibi arcanum fideliter reuelabit in aurem.

C A P. XXV.

CVIVS IMPERATOR ET PRINCEPS EMONIEL vocatur, habens subduces & principes 100. comites & subseruitores multos: qui habent officium generale super omnia.

HIVS Capituli princeps Emoniel cum ducibus & principibus suis vagus & instabilis est, & frequenter in nemoribus habitat, non fugit lucem, beneuolus & promptus ad omnia quæcunque mandaueris ei, & tam in die, quam in nocte, libenter occurrit vocatus. Habet sub suo dominio principes & duces 100. comites siue subduces non pauciores quam 20. famulos & seruos sine numero certo. Ex his nominabimus aliquos, qui nobis ad operandum sufficiant, cæteros suo loco cum alijs reseruantes, si opus fuerit, nominandos.

X.		X.		X.		X.
Ermoniel	Dramiel	Crubiel	10	20	100	20.
Edriel	Pandiel	Armesiel	10	20	100	20.
Carnodiel	Vasnel	Caspaniel	10	20	100	20.
Phafuel	Nasiniel	Musiniel	10	20	100	20.

K

Habes

Habes nunc ex ducibus Emoniellis 12. cum subducibus & seruitoribus eorundem 1320. qui secundum ordinem horarum ad omnem operationem intentionis nostrae nobis sufficiunt, siue operatio nocturna sit, siue diurna. Et scias, quod princeps Emoniel cum ducibus suis capite virgineo & corpore, sed cauda serpentina apparere consuevit. Tu ergo cum volueris per spiritus Emoniellis aliquid in Steganographia operari: fac ea, quae nosse secundum artem generaliter esse facienda: & postea lege istam coniurationem, tacite sub silentio nominans spiritum vocandum.

Carmen Coniurationis.

E Moniel aproisi chamerufyn thulnear peanos meuear, pandroy cralnotiel narboy mauy fabelrontos, arliel chemorufyn nety pranfobyr diuiel malos ruelty person roab chrumelrufyn. Hac Coniuratione dicta eo modo, quo ars ipsa requirit, spiritus quem vocasti apparebit, paratus obedire ad omnia, quaecunque mandaueris ei, quia beneuolus & fidelis est.

Arcanum, quaecunque volueris.

A Micum habeo passim omnibus nimium confidentem, qui pro amicis fouet inimicos, à quibus & malam famam & damnum saepe reportat. Credulus est blandimentis adulantium & vnus maxime suo lateri adhærentis, quem nescit sibi contrarium in occulto, quia blandum videt in aperto. Ipsum accusare cupio, ita tamen vt consilium soli amico fiat notum: cæteris fiet occultum.

Literarum tenor formetur ad placitum.

Ioannes Tritthemius Abbas Spanheimensis R.P.D. Nicolao, Episcopo Irbursiensi, Vicario Pantomora-
ni Archiepiscopi, S.

D.P.

Cum tuum ingenium, vitæq; honestatem ad mentem reuoco: te omnium
Episcoporum dignissimum, Pater Reuerende & praestantissime, pro-

*nunciare maxime compellor. Enimvero siue eruditionem intuear bonarū
artium in te siue innocentiam vitæ tuæ quid aliud quam te iustissimum,
omnibus literis eruditissimum, sanctissimisq; moribus reuerendum dixe-
rim? Adornas conuersationem tuam operibus rectitudinis semperq; te
exhibes optimum pastorem animarum, atque in literis iugiter te studendo
exerces, ut tibi alijsq; conferas utroque. Vale. Data ex Spanheim, 11. Cal.
Aprilis. Anno dominicæ Natiuitatis M.D. 1.*

Postquam literas acceperit is, cui mittuntur, in arte Stegano-
graphiæ perfecte imbutus : faciat, sicut nouit secundum artem
esse faciendum : quibus præmissis, Coniurationem subiungat.

Carmen coniurationis.

E Moniel lebos chamerothy meor pemorsy dyor medulorsyn
fray pear, Crymarsy melrosyne vati chabaryn dayr. Aschre
cathurmo fabelron erloty marduse. Carmine rite completo,
spiritus vocatus aderit in forma sibi consueta, reuelabitque tibi
omnia & singula, quæ sibi fuerant commissa arcana cum fide-
litate.

C A P. XXVI.

CVIVS SUPREMVVS IMPERATOR ICOSIEL

*vocatur, habens sub se duces siue principes 100. comites siue
subduces 300. seruorum non est mihi certus nu-
merus adhuc.*

I C O S I E L inter spiritus aëreos est vnus ex potiori-
bus Imperator magnus & potens in arcanis Stega-
nographiæ, habens sub se principes ducalis ordinis
100. Comites vero 300. seruorum certum numerum
nondum inueni. Dicitur autem Icosiel propterea, quod in do-
mibus libenter cum hominibus versetur. Nā posteaquā ex duci-
bus eius quempiam semel debite cōiuratum ad te vocaueris cū
comitibus suis : si volueris, ut omnibus diebus vitæ tuæ tecum

permaneat: deputa ei vnum locum secretum & abstrusum in domo tua: & coniuatum fortiter præcipias eum illic manere: & obediet tibi hilariter, semperque ad mandatum tuum erit paratus.

℞.		℞.		℞.		℞.
Machariel	Larphiel	Athesiel	10	300	100	30
Pfishiel	Amediel	Vrbaniel	10	300	100	30
Thanatiel	Cambriel	Cumariel	10	300	100	30
Zosiel	Zachriel	Heresiel	10	300	100	30
Agapiel	Nathriel	Munefiel	10	300	100	30

Hic habemus ex 100. ducibus Icofielis nominatos 15. subduces vero 50. seruitores 2150. qui cum ducibus suis secundum ordinem sibi in 24. horis diei & noctis deputatum, in ministerium Steganographiæ vocati per operantem venire consueuerunt. Ad omnia, quæ volueris, idonei & voluntarij sunt: modo tu in arte perfecte sis doctus, constans & imperterritus in operatione: quia veniunt in specie & similitudine serpentina, capita habentes virginea. Cum itaque volueris operari per aliquem eorum, fac quæ secundum artem sunt facienda, & subiunge istam Coniurationem.

Coniuratio.

ICosielaphorsichamersyn thulneas ianotiel menear peanos
 crasnotiel medursan matory fabelron ersonial cathürmos la-
 ernoty befraym alphayr lamedontinael cabelron. Coniuratione
 rite completa, spiritus aderunt vocati sine mora, quibus arca-
 num tuum ad amicum secure poteris committere.

*Literas mittendas ad placitum facias. Arcanum sit,
 qualecunque volueris.*

AMicus mihi sit procul absens in arte Steganographiæ peri-
 tus, ad quem mihi sit magnum secretum & arcanum, quod
 non

non sit alicui credendum, per literas etiam, nec insinuandum. Ut ergo maneant secreta omnia, nuncium secretum mitto Spiritum, qui amico reuelet arcanum, & negotium meum teneat secretum.

Vitam nostram emendemus humiliantes nos corā vniuersitatis summo auctore. Humilitas Cælum impetrat. temptationes demonum nociuas annihilat, perniciosum mentis tumorem refrænat: omniaque incendia vitiorū valenter exterminat. Trames humilitatis coronā meretur accipere, nobileq; regnum possidere. Ego tramitem constituo tibi innocentiam, morum honestatē, quam custodiens assidue, non peccabis. Sola nobis ista via est beatitudinis meritum cumulandi: ut gratias agentes Deo timeamus illum reuerentissimo corde, fugientes tumultum sæculi: humilitatis exercitium nunquā fastidiamus, supernā vitam inquirentes: Ioannes Tritthem, Abbas Spanheim. scripsit 10. Cal. Apr. M. D.

Cum literas susceperit is cui mittuntur, in arte peritus: signo principis cognito, faciat, quæ nouit esse facienda: deinde dicat coniurationem.

Coniuratio.

ICosiel ofayr penarizo chultimeradym phrael melchusy dayr
pean cathurmo fabelron erfoti chamberusan iltham pedaly fu-
ar melrosyn crymarisy phroyson. Hac coniuratione completa,
spiritus aderit vocanti, reuelans arcanum.

C A P. XXVII.

CVIVS SUPREMVVS SPIRITVS ET PRIN-
ceps vocatur Soleuiel, habens sub suo dominio duces principales

200. subduces & comites 200. seruitores innu-
merabiles.



INTER eos spiritus, qui cum hominibus, in arte Steganographiæ peritos mores habentibus, libenter conuersantur, est quidam Soleuiel nomine, non vltimus inter principes huius artis, qui habet sub se

duces principales 200. subduces siue comites similiter 200. qui inter se hunc ordinem infallibiliter obseruant, vt qui hoc anno sunt duces, anno sequente sint comites, fiantque alternatis vicibus ex ducibus comites, ex comitibus similiter duces. Seruorum autem certum numerum non adhuc reperi, qui & ipsi ordines suos inter se secundum horarum dispositionem custodiunt.

℞.		℞.		℞.		℞.	
Inachiel	Nadrusiel	Axosiel	20	20	20	200	200
Praxeel	Cobusiel	Charoel	20	20	20	200	200
Morucha	Amriiel	Mursiel	20	20	20	200	200
Almodar	Prasiel	Penador	20	20	20	200	200

Hic habes ex principibus Solouielis 12. quorum sex primi sunt isto anno duces, & reliqui sex comites: sequenti anno isti erunt duces, & illi comites, & ita consequenter, alternatis semper vicibus. Subseruitorum numerum collegi 1840. Quanquam sint plures quos nondum numerare potui. Cum autem per istos Spiritus operari volueris, esto constans animo & fortis, nec terrearis ab eorum aspectu, cum videris eos in forma serpentum apparere cum capite virgineo. Deinde fac, quæ sunt secundum artem facienda; quibus præmissis, subiunge istam coniurationem.

Carmen coniurationis.

SOleuiel marfoy chamerufyn oniel dabry diuiel pean vear, lasmyn cralmoty pedaros drumes, pean vear chameron loes madr noty basray erxo nadrus peliel thabron thyrsio ianothin vear perasy loes pean nothyr fabelron bauesy drameron eschiran pumelon meor dabrios crimorsiel peny vear nameroy lyer-noti pralsones. Completo rite carmine, Spiritus aderunt vocati in consueta forma, quibus committas arcanum.

Arcanum ponamus ad placitum.

AMicum procul absentem, in arte Steganographia antea peritum, super quibusdam periculis imminentibus auisandum duco. Sed publicum vereor, quum de alieno periculo facerem proprium: quod euitare vt possim, non literis, non hominibus

com-

committo secretum; sed Spiritui, quem noui in omnibus fore fidelissimum,

Literas formemus ad placitum.

Ioannes Trittem. Abbas Spanheimensis ordinis Sancti
Benedicti R. P. D. Rutgero Sycambro, Ar-
chiepiscopo Naruensi,
S. P. D.

Exponet tibi Nicolaus, reuerendissimus studiosissimusque Irbur-siensis
Episcopus, generalem rerū Ecclesiasticarum tuarū gubernatorem ma-
lerem gessisse, vinculis ligatum subiiciendo domini nostri Desiderii regis
vicarium benignum virum, & fame exoruciatum interemisse. Hostem quo-
tidie Desiderium regem irrumpentem diæcesi expectamus. Sed te exora-
mus, succurras breui: ut in hostem non incidas. Vale. 9. Calend. April.
M. D. 3.

Cum has literas acceperit is cui mittuntur (modo sit in arte
generali imbutus antea) faciat, quæ sunt facienda, subiungens
istam coniurationem animo constanti, nil metuens.

Coniuratio.

SOleuiel curtiel chamerusyn saty pemalros dayrianothy ca-
thurmo parmoy iotran lamedon frascu penoy ilthon fabel-
merusyn. Dicto carmine, Spiritus missus ab operante visibilis
apparebit, reuelans omnia commissa fideliter: & si quid re-
mandare voluerit operanti, eidem Spiritui
committat,

CAP.

CVIVS SUPREMVVS SPIRITVS ET IMPERATOR est Menachiel, qui habet sub se principes siue duces 20. comites 100. seruos incerti numeri, qui suis obediunt ducibus.



QVAMVIS ad omnem Steganographiæ operationem, quæ diximus, copiose nobis videantur sufficere: ne tamen ea, quæ sumus experti, obliuioni tradamus: placuit adhuc nobis nonnulla subiungere, quæ esse ad huius artis perfectionem optima, prædictorum spirituum reuelatione, cognouimus, & satis plene experti sumus. Est itaque inter alios spiritus, qui huic arti fauent, vnus Menadiel nomē sortitus ratione officij, qui habet sub se principes & duces 20. comites 100. seruos multos, quorum mihi incertus est numerus, qui omnes in commissis sunt fideles & optimi nantij in causis magnis regum & principum, per quos operabimur mirabilia.

	℞.		℞.		℞.	
<i>Larmol</i>	<i>Benodiel</i>	20	10	100	<i>Barchiel</i>	<i>Nedriel</i>
<i>Drassiel</i>	<i>Charsiel</i>	20	10	100	<i>Amasiel</i>	<i>Curasyn</i>
<i>Clamor</i>	<i>Samyel</i>	20	10	100	<i>Baruch</i>	<i>Tharson</i>

Iam habemus ex ducibus sex, & ex comitibus, totidem nominatos, ex seruis quoque eis deputatos per vices & ordines suos numero 390. Habent inter se hunc ordinem, vt prima vice duo duces vocentur & vnus comes: qui secunda vice iterum vocatur, & nunc venit in ordinem ducum. Tertia vice fit comes qui fuerat dux primi ordinis primus, & ita consequenter. Cum ergo volueris per Spiritus Menadielis aliquid operari: considera diligenter, quis dux, & quis comes sit tibi vocandus

candus secundum tempus & horas: præmissisque præmittendis,
dic Coniurationem.

Coniuratio.

MEnadiel marfoy peanos onael camerufyn theorianothy o-
fayr melros tudayr penorsyn sachul tarno roseuas peathan
afiel morfoy maplear casmyron storeal marpenu nosayr pelno
dan layr thubra elnodion carsephy drumos fabelmerufyn andu
pean, purays calbyn nachtr loes philuemy casaner. Hac Coniu-
ratione rite completa, aderit spiritus vocatus, videlicet primo
comes vnus, duces duo cum seruis.

Arcanum sit qualecunque occurrit.

SIt tibi arcanum ad amicum aut amicam, qualecunque pro
tempore aut rerum varietate occurrit, quod non velis alicui
alteri fieri commune. Voca spiritum, commenda illi negotium,
nihil metuas; omnium fidelissimus est, bene commissum im-
plebit.

Literas super his formare poteris, quales volue-
ris, ad placitum tuum.

Magna sunt æternaq; obseruantium innocentiam futura commoda: an-
gelicis laudibus homines latentes interesse: cernere lumen excelsum
illud: æternæ beatitudinis splendorem, faciemq; maiestatis lumine proprio
videre Attendite omnes, exactasq; negligentias lachrymis tergite: inutiles
curas nocentesq; exuite: rerum instabilium deceptiones O homines lutosi
horrete: lucrum animarum tandem inquirete Bonis moribus virtutibusq;
honorabiles estote: vanitates contemnite: Deum humiliter inuocate: nolite
concupiscere mundum, amaritudinem infundentem. Anno M D. 9. Cal.
April. 8.

L

Cum

Cum has literas acceperitis cui mittuntur, ante in arte peritus: cognito characterē d-, supremi principis Menadiel, praemissis his quae sunt ex more praemittenda, Coniurationem dicat.

Coniuratio.

MEnadyel murty chameroſe dayr pean cathurmo phameron erfoti pray faruepo, fabel merij rean, charon ietlas Meduſe fayr lamerofyn alty merchahō. Carmine dicto, ſpiritus miſſus apparebit vocanti viſibilis, referet que omnia ei fideliter & ſecreto in aurem, quae habet in commiſſis.

C A P. XXIX.

CVIVS PRINCEPS SUPREMVVS VOCATVR Macariel, habens ſub ſuo Imperio duces, principes, comites & ſervos complures ad diuerſa miniſteria deputatos.

MACARIEL quoque vnus ex ſupremis ſpiritibus, qui operationibus Steganographiae praesunt, non est ommittendus a nobis cum principibus & ſeruatoribus ſuis, quia ſatis utilis, promptus & fidelis eſt ad omnia quaecunque voluerimus. Habet autem principes 40. ex quibus nunquam pauciores mittuntur in miniſterium, quam 4. videlicet duces tres, comes vnus cum ſeruis non paucis: huncque inter ſe ordinem obſervant, vt per vices ſuas ſemper ex ducibus vnus gerat officium comitis, & ſecundum quatuor partes anni. Et de his omnibus neceſſarium eſt operantem plenam habere notitiam. Sed iam ex ipsis principibus nominemus aliquos, qui nobis ad operationem Steganographiae noſtrae abunde ſufficiant.

	X.		X.	X.	X.	X.
<i>Claniel</i>	<i>Asmadiel</i>	<i>Gremiel</i>	40	30	20	10
<i>Drufiel</i>	<i>Romyel</i>	<i>Thuriel</i>	40	30	20	10
<i>Andros</i>	<i>Nastuel</i>	<i>Brufiel</i>	40	30	20	10
<i>Charoel</i>	<i>Varpiel</i>	<i>Lemodac</i>	40	30	20	10

Habe-

Habemus iam nominatos ex principibus Macarielis 12. cum feruis numeratis 400. secundum vices & ordines suos. Cum itaque per eos in Steganographia (caue ne voces pauciores quam quatuor ad minus ex prænominatis) volueris operari: præmissis ex more præmittendis, dic istam Coniurationem.

Carmen.

MAcariel myrno chamerosy purmy marefyn amos peanam
 olradu, chabor ianoes fabelron dearfy chadon vlyses Al-
 mos rutiel pedaron deabry madero neas lamero dearfy, thubra
 dorpilot melrosyne draor chalmea near, parmon dearfy charon
 alnodiel parfa radean, maroy reneas charso gnole, melrosin te
 dranfo casmar ebrosct. Landrys masfayr therasonte noel ama-
 lan. Hoc carmine dicto, spiritus vocati aderunt in diuersa specie
 apparentes, & frequenter quidem capite cum virgineo, corpo-
 re & cauda desinentes in formam draconis, inuoluentes & reuol-
 uentes se quadruplici ordine.

Arcanum sit ad principem.

PRæfectus regis aut principis, in terra seu prouincia constitu-
 tus, intellexit delatione secretissima hostes in breui proposi-
 tum habere prouinciam irrumpendi: vult auisare principem:
 sed nuntiis non potest, quia torquendi sunt ab aduersariis in via
 vt tradant arcanum: nec literis, quoniam omnes aperiuntur per
 eos. Vocat ergo spiritum, committit arcanum, literas fingit alie-
 nas.

*Literas fingamus nihil condu-
 centes.*

Rogamus, amicorū suauissime, tuum exemplar Tertulliani nobilissimi
 sapientissimiq; viri nobis vt velis veteris amicitia intuitu rescriben-
 dum velociter mittere, Bernardiq; Epistolā ad templarios. Tertulliano glo-
 riosum Catholica sanctitatis nomen nouimus cuncti exhibitū antiquit̄ in-
 ter nostros: nobileq; lumē scim⁹ illū fidei sacra nō remansisse ultimū. Actio-
 nib. erat eximius, gloriosus diuina legis institutor: assertor nostra libertatis

deuotissimus. Licet in aliquibus reprahendatur, scripsit tamen, fidem exponendo nostram, honoranda volumina. Habebat autem Contugem zelosam, religionis nostrae amatricem: humilitate & innocentia nobilem: castitate gloriosam. Extant rectae institutionis ipsius nonnullae elucubrationes laudabiles, dulces exuberantesque, doctrinae multae: Epistolae breues non inutiles, nos ad inquisitionem aeternae gloriae honorifice gratioseque hortantes. 8. Cal. April. Anno M.D. Ioannes Trittem. scripsit.

Cum has literas aut quaslibet alias acceperit is cui mittuntur, in arte Steganographiae antea peritus: cognito signo Macarielis faciat, quae sunt ex more facienda, subiungens Carmen.

Carmen Coniurationis.

MAcariel ofayr chameroſe chulti peſano dayr fameron carthurmo pean erfoty lamedon fouapor caſtea mafyr. Ianos tharfia, peathan on acri pean etion matramy. Cōpletorite carmine, ſpiritus miſſus viſibilis ſoli apparebit.

C A P. XXX.

CVIVS IMPERATOR SUPREMVVS VOCATUR Vriel, habens ſub ſuo dominio duces 10. comites vero ſiue ſubduces 100. ſeruorum incertus eſt numerus.

Sed nec Vrielem principem magnum nos decet omittere: quem nouimus experientia nos docente non vltimum inter huius artis fautores vtilitatis locum poſſidere. Habet is ſub ſuo dominio & imperio duces & principes huic arti Steganographiae deputatos 10. comites ſiue ſubduces, qui ſemper ipſos duces comitantur, quilibet in ordine ſuo 100. ſeruos multos quorum mihi adhuc certus non eſt numerus.

	℞.		℞.	℞.	℞.			
Chabri	10	Dragon	10	100	20	α	α	β
Drabos	10	Curmas	10	80	40	ν	α	α
Narmiel	10	Drapios	10	60	60	*α	⊥	λ.
Frasmiel	10	Hermon	10	40	80	η	α	δ *Hæ tres
Brymiel	10	Aldrufy	10	20	100	β	ι	literæ sunt rubræ.

Habemus hic duces nominatos cum comitibus & subseruitoribus, quorum nobis ministerium sufficit ad complementum huius artis nostræ pro præsentis. Et nota, quod primi in ordine sunt duces & principes. Secundi sunt Comites; habentque inter se duos ordines, quos te scire ante omnia oportet. Illi qui sunt in primo ordine, tam duces quam comites, quotiescunque vocantur, semper apparent monstrofi, capite videlicet virgineo, corpore & cauda in forma serpentis. Qui sunt in secundo ordine, familiari nobis & vsitata similitudine apparere consueverunt. Nec pauciores venire solent, quam vnus dux & vnus comes, sequens eum in vtroque ordine. Cum autem per istos Spiritus operari volueris, primo facito secundum quod nosti ex arte faciendum: postea subdas istam coniurationem.

Coniuratio.

VRiel marfoys lamedonti noes, chameron, anducharpean phufciel atsmony tuerchoy iamersyn nairiel penos raseon loes vear fabelrufo cralty layr parlis meraij mear, thubra aslotiel dubyr reanu nauosti masliel pedonyto chemarphin. Copleta cõiuratione, spiritus vocati aderunt, quilibet in ordine, prompti & hilares obedire in omnibus. ∴ Q

Arcanum sit magnum valde.

Sit mihi quoddam arcanum ad principem, vel ad amicum, cuius manifestatio mihi periculum, damnum illi afferret non paruum. Vt ergo omnia maneant inter me & illum secreta: non homini, non literis, sed spiritui commendo arcanum.

Literæ sint ad placitum nil metuentes.

Incipite fratres dilectissimi emendare negligētias, lachrymis assiduīs ter-
gentes transacta peccata, saluatorem omnium viuentiū rogantes residuo
tempore. Exaudi Domine gemitus assidue lachrymantium: veniam impē-
de vitiorum: amator innocentium. Viuifica lugentes, viuificator inclyte:
non contemnes exulante homines. Miserere valde miseris creator optime
hominum Christe Iesu Saluator nostrum nobilissime; libera infirmas ani-
mas exulum Iesu benignissime salua miseros & veniam nobis tribue. Hu-
miles nos exaudi infirmisimos: in hora mortis horribili lumen concede iu-
cundum omnium consolator normaque humilium. *ꝛp* Anno M. D. 7.
Cal. April. scripsi ego Ioan. Trittem. Abbas Spanheim.

Postquā has aut alias quaslibet literas, signo Vrielis principis
consignatas in fine, acceperit is cui mittuntur in arte peritus;
faciat in primis, quæ nouit secundum artem facienda; & dicat
coniurationem.

Coniuratio.

VRiel Aflan pemaſon coſayr chameron, chulty fabelmeron
deyr pean, cathurmo merofyn erfoti chalmon ſauepo Me-
duſe rean lamerofyn.

Dicto carmine, inuisibilis Spiritus miſſus apparebit in forma
ſibi conſueta: omniaque ſibi ab operante ſiue mittente commiſ-
ſa fideliter reuelabit, & ſecretiſſime: ita vt nemo circumſe-
dentium quicquam poſſit percipere vel audire:
ſemperque arcanum manebit ſe-
cretum.

CAP. XXXI.

CVIVS PRINCEPS SVPREMVS VOCATVR

Bydiel, habens subsuo dominio duces 20. comites vero 200.

*seruorum incertus est numerus: sunt multi
valde.*



D H V C VNUS restat è Spiritibus supremis, nobis ad operationem Steganographiæ deputatus: vltimus quidem in ordine, sed cum primis dignitate: cuius nomenclatione officij sui vocatur, Bydiel, habens sub imperio suo duces 20. comites siue subduces 200. famulos & seruos complures. Habent hi duces cum comitibus inter se certum ordinem: & quotiens ab operante vocati fuerint, veniunt duces duo cum 20. comitibus, & apparent in forma humana, placidi, & prompti ad omnia. Vicissim inter se mutantur vt cum primo anno duces vocati fuerint, postea comites, in secundo comites pro ducibus vocentur.

	X.		X.		X.		X.
<i>Mudriel</i>	20	20	200	20	200	<i>Charobiel</i>	20
<i>Cruchan</i>	20	20	200	20	200	<i>Andrucha</i>	20
<i>Bramsiel</i>	20	20	200	20	200	<i>Merasiel</i>	20
<i>Armoniel</i>	20	20	200	20	200	<i>Parfsiel</i>	20
<i>Lameniel</i>	20	20	200	20	200	<i>Chremoas</i>	20

Habemus iam hic ex principibus & comitibus Bydielis decem signatos nominibus suis, qui nobis pro præsentis sufficiunt ad omnem operationem nostram in arte Steganographiæ, cum seruis multis, qui ordinem suum obseruare nouerunt secundum imperium ducum & principum. Cum autem per istos in hac arte operari volueris: præmissis præmittendis, dic coniuurationem.

Carmen coniurationis.

BYdiel marchan chamerosi philtres maduse veor casmyron
cralnoti: pean deuoon fabelros eltida camean veor. Oniel
vear thyrso liernoty: ianos prolsato chanos elasry peanon elsa-
thas melros notiel pen soes probys chyras lesbroy mauear io-
than liernoti chrymarson. ~

Carmine dicto sicut oportet, Spiritus vocati statim appare-
bunt visibiles, pulchre incedentes, & tanquam amici se mutuo
complexando ducentes, eruntque tibi voluntarij ad omnia o-
bedientes.

Arcanum mihi sit qualecunque.

ARcanum mihi est, quod cupio scire amicum procul absen-
tem valde secretum: substantiam concernit occultā, quam
necesse est amittere, si mysterium quolibet modo contigerit
publicari. Vnde non homini, nō literis, sed solis spiritibus com-
mitto perferendum, quos noui & securos & fideles. ~

Ioannes Tritthemius, Abbas Spanheimensis, Rutgero
Sicambro S. D. Et praesentem magni Basilii di-
cat oratiunculam.

GLoria ineffabilis beatitudinis aeternae bonis exercitiis humilibusque
acquiritur. Sedulis nunc lachrymis tergite errata mortales: Deum a-
mate, adorantes nomen sanctum illius. Tramitem Iesu Christi humilis, cru-
cifixi humiliter discite imitari, semper illi reddentes honorem, dulciter ar-
dentes amore benignissimi nostri saluatoris. Glorificate & exaltate lauda-
bilem bonitatem eius, benedicite sanctū nomen, zelantes bonitatis incen-
dium. Vanos honores despiciate: in aduersis laudes referre discite: deuotionis
exercitium amate, humilitatem nobilissimam excolite: Iesum nos de mor-
te eripientem saluantemque exaltate. Vale ~ 7. Cal. April. Anno Na-
tiuitatis domini M. D.

Suscipiens autem literas amicus, in arte Steganographiae an-
tea peritus; cognito characterē Bidielis, praemissis his, quae sunt
ex more praemittenda, generaliter dicat coniurationem.

CAR-

Carmen.

BY diel maslo chameron theory madias near fabelron thiamy marfoy vear pean liernoty calma drules : Thubra pleory malrefa teorty melchoy vemo chofray. Carmine dicto, spiritus astatibit, visibilis duntaxat illi, qui eum vocauit: referet tibi commissa integre atque fideliter.

CAP. XXXII.

IN QVO PRAESCRIPTORVM FIT QVAEDAM necessaria recapitulatio. Inseruntur cautele nonnullae, quae volentibus exercere artem Steganographiae sunt obseruandae.

POST QVAM (Deo maximo super benedicto laus) nō sine ingenti & continuo labore officia spirituum supremorum Steganographiae nostrae praeceteris fauentium descripsimus: ne volentes per eos operari contingat errare in ordine, nominibus, characteribus, ducibus vel comitibus: necessarium duximus generalem omnium tabulam pro memoria in hoc capitulo ordinare. Sequitur tabula in hac & sequenti pagina.

	℞.		℞.		℞.		℞.
1	Pamersiel	τ	1000	10000	100	10	K
2	Pachiel	ι	1000	200000	100	10	K
3	Camuel	⋮	10	10	0	100	K
4	Asiel	⋮	10	20	0	200	K
5	Barmiel	⋮	10	20	10	200	K
6	Gediel	⋮	20	20	00	200	K
7	Asyriel	⋮	20	20	10	100	K
8	Maseriel	⋮	30	30	00	300	K
9	Malgaras	⋮	30	30	10	200	K
10	Dorothiel	⋮	40	40	0.	400	K
11	Vsiel	⋮	40	40	30	300	K
					℞		12 C6

12	Cabariel	⋮	50	50	50	500	K
13	Rayfiel	W	50	50	40	400	K
14	Symiel	mw	10	1000	0	4	K
15	Armadiel	W	1000	180	10	800	K
16	Baruchas	mw	10	180	0	100	K
17	Carnesiel	IV	1000	300	1000	300	1000
18	Caspiel	6	200	400	200	400	200
19	Amenadiel	~	300	500	300	500	300
20	Demoriel	mw	400	600	400	600	400
21	Geradiel	†	200	100	40	30	60
22	Buriel	π	100	10	10	100	0
23	Hydriel	⋮	10	20	100	200	0
24	Pyrichiel	†	40	30	200	10	0β
25	Emoniel	⋮	10	20	100	20	0
26	Icosiel	⋮ml	10	300	100	30	0
27	Soleuiel	⋮f	20	20	20	200	0
28	Menadiel	z	100	20	30	10	0β
29	Macariel	z	40	30	20	10	0β
30	Vriel	ze	20	10	40	30	0x
31	Bidiel	z	30	40	100	20	xβ

In hac tabula posuimus vnum & triginta spiritus principales, qui præsunt, quilibet in officio & in ordine suo, omnibus operationibus Steganographiæ nostræ, de quibus in hoc primo libro nostro sumus locuti: supponentes unicuique characterem sibi appropriatum: numerum & ordinem principum, ducū, comitum, seruatorum & subseruientium in propriis gradibus quoque subiungentes, ne quis in hac arte studere cupiens propter diuersitatem operationum incidat in errorem. Magna quidem huius artis mysteria non nisi à studiosissimis viris penetrari possunt, illis videlicet, quos amor secretorum & natura promoueat ad perscrutandum, & qui desiderio scientiæ consequendæ nullum subire laborem honestum & possibilem recusent. Homines autem pigri obtusique ingenio, & quos nec amor incendit ad studium secretorum,

torum.

torum sapientiæ, nec natura iuuat, cum hanc nostræ ad inuen-
tionis artem secretissimam intelligere nequiuerint : non nobis
imputandum, sed suæ potius socordia, pigritiæ & malitiæ af-
scribendum intelligant: Quippe qui aut voluptatibus carnis
mundialibusque curis immeritum habentes ingenium, his perlu-
strandis cum diligentia vacare nequeunt : aut se iam sapientes
aut doctissimos arbitrantur, nostras compositiones tanquã in-
dignas suis lectionibus contemnunt. Aderunt etiam nonnulli
ita pristinis alienisque traditionibus consistere assueti : ut que-
quid in illis non didicerint, aut impossibile aut superstitiosum
arbitrentur. Nihil istis ad huius profundæ artis scientiam inepti-
us, qui aut nolunt aut nequeunt altissima eius speculari. Cæ-
terum eos, qui & apti & voluntarij sunt studere in hac arte (si qui
futuri sunt) ut proficere possint, in fine huius libri paucis admo-
nere statuimus. In primis monendi sunt, quatenus artem ipsam
semper teneant occultam: ne prauorum manus & notitiam pe-
netret, qui multa & execranda scelera per ipsam facerent. Nam
etsi ars ipsa per se veraciter sit bona: tamen eius practica non mi-
nus ad malum per impios, quam ad bonum conduceret per bo-
nos. Maneat ergo inter bonos secretum, quod noceret inter ma-
los publicatum. Nec tamen scientiam istam boni propterea
debeant contemnere, quia malis ad malum proficit; sicut nec
gladium spernit, qui hominem prosternit. Deinde monendi
sunt huius artis studiosi, ne præsumant ad operandum in ea pro-
cedere : nisi prius in omnibus, quæ requiruntur ad practicam
scientiam, perfecte fuerint instituti. Non enim me fugit, quantis
rem periculis subijciant, qui minus periti in ea operari aliquid
tentauerint aliquando.

Item qui bene institutus in hac scientia voluerit operari per e-
am: diligenter obseruare meminerit (secundum ea quæ diximus
tam in circulo quam in singulis tabulis atque capitulis) differē-
tiam, loca, nomina, ordines & officia supremorum Spirituū, du-
ces quoque eorundem, & quot sint comites in numero; quæ ordinē

obseruent, & qui præsint substitutis: ut nouerit hæc in coniuratione exprimere. Nisi enim omnia ista diligenter custodierit artis operator, non poterit proficere, nec ad intentionis suæ effectum peruenire. Rursus diligenter attendat, quando vnusquisque & ad quæ officia siue arcana nuncianda spiritus sit vocandus, & ad quam orbis plagam habitet: ne erret vel in locis, vel in omnibus singulorum aliquorumue, quos vocare voluerit.

Item sit auisatus omnis in hac scientia operaturus, ut attendat diligentissime, ut coniurationum verba debite pronunciet, in quibus magna vis operationis nostræ consistit: quoniam dum in coniurationibus error committitur: spiritus vocati & vocandi non solum non obediunt, sed etiã omnino reluctantur. Consequenter vero præmonitus sit, ne alterum vocet pro altero, sed vnumquemque in ordine, tempore & officio suo: quemadmodum à nobis pene in omnibus istius libri capitulis sufficienter est dictum. Nam si vel ex errore, vel ex qualibet alia negligentia, alterum vocauerit pro altero: nihil in operatione sua proficeret, sed periculum sibi potius prouocaret.

Item in coniurationibus & spiritus, qui vocatur, cum suis substitutis exprimat ex nomine, & causa vocationis antea statuatur in intentione: nec fiat operationis actus in rebus leuibus & prophanis, quas alter alteri alioquin sine periculo siue per litteras, siue per nuncios secure poterit intimare. Non enim nisi in magnis & arduis nunciandis, quæ publicata vel damnum vel periculum inferrent operanti, hac arte vtendum est. Item necessarium est omni operanti in hac arte scire naturas spirituum, qui sint boni, qui mali, qui prompti & beneuoli ad obedientiam, qui duri atque rebelles. Rursus, qui nocturnis operationibus præfint, & qui diurnis: quia nisi naturas spirituum antequam incipiat operari nouerit: cum difficultate maxima proficiet: & facile vertetur in stuporem. Item qui spiritus vocati coram operante apparent visibiles: præmissis verbis arcano, committat duci siue comiti mentis suæ secretum verbis debitis & appropriatis sub silentio: quia non est opus ad spiritum loqui voce extensa sed v-

tatur

tatur submissa. Cauendum etiam summopere tam operati quam recipienti, ne in aliorum hominum hanc artem ignorantium presentia operentur quicquam ad Steganographiam pertinens, dum ad locum secretum possunt habere accessum. Quod sine quiverint esse soli, sed coactus inter alios operari contigerit: agant tam secrete, tam prudenter, & cum tanta industria, ut circumfidentium nullus quicquam de presentia Spirituum intelligat. Sunt enim omnes Spiritus in ministerium istius artis deputati eiusmodi naturæ & conditionis, ut & tumultum hominum penitus detestentur & fugiant, & publicum odiant conuentum. Itē cauendū quoq; est operanti, ne Spiritum quoquā sine literis, vel saltem caractere imperatoris eius dirigat: quoniā ubi ipsum characterem impressum non conspicit, obedire vocanti & arcanum perferre alicui penitus contemnit. Literas autem duplici ex causa mittimus, quamuis arcanum sine literis per solum Spiritum nunciare possemus: ut videlicet homines perferentes characterem à suspicione seruemus, & spiritum ipso caractere alligatum amico ad obediendum coarctemus.

Finitur liber primus Steganographia Ioannis Trithemij Abbatis Spanheimensis, VI. Cal. April. M.D.

M 3

INCI-



INCIPIT LIBER SECUNDVS STEGANO- GRAPHIAE IOANNIS TRITTEMII

Abbatis Spanheimensis ad Serenissimum Princi-
pem, Dominum Philippum, Comitem Palatinum
Rheni, Ducemque Bauariae, Sacri Imperij Ar-
chidapiferum ac Principem E-
lectorem.

PRAEFATIO.

In precedenti libro, Dei summi auxilio freti, v-
num & triginta per ordinem spiritus supremos
artis nostrae Imperatores cum ducibus, comitibus
& seruatoribus suis nobis ad operationem necessa-
riis non sine magno sudore digessimus: quorum et-
si ad omnium arcanorum nunciationem, quantumlibet secretam,
ministeria copiose omni operanti sufficiant: ne quid tamen eorum,
quae ad perfectionem huius artis conducere possunt, videremur
obmittere: libro primo secundum statuimus copulare. Cum autem
singulis horis diei & noctis spiritus singuli per quorundam sa-
pientum traditionem sint ad varias operationes diuersosque &
mirandos effectus deputati: placuit nobis eorum ordinem dunta-
xat, non superstitionem, imitari: vt sumamus sine lesione Chri-
stiani nominis ab eis quod nobis ad nostrum conducit propositum:
reliqua vero tanquam magicis artibus plena, & fidei nostrae con-

traria spernendo transeamus. Singulis itaque horis tam diurnis
 quam nocturnis deputatos per secretum Salomonis, cognominati
 Hermetis, in suo de Magia volumine Spiritus principales tanquam
 artis supremos imperatores cum ceteris officialibus, nobis ad opera-
 tionem propositam necessarius, assumentes prosequemur: dabimus-
 que & modum & doctrinam omnibus in hac arte studiosis, quibus
 mentium suarum conceptum secretum & arcanum qualibet hora
 tutiori consilio patefaciant amicis. Quilibet namque princeps suis
 Spiritibus, ducibus, comitibus & seruatoribus tanquam speculator
 praesidet: ad cuius praecipitum vocati à nobis legitimo carmine veni-
 unt: arcana commissa perferunt, & se nobis obedientes promptos-
 que in omnibus ostendunt. Sed cum denuo Spirituum mentionem sim
 habiturus, rursus mihi reor esse praefandum: Nihil in hac arte nostra
 haberi friuolum: nihil Evangelicae traditioni aut Catholicae fidei con-
 trarium: nihil omnino tradi superstitiosum. Omnia enim, quae vel in
 praecedente volumine diximus, vel in sequentibus dicturi sumus,
 naturalibus, licitis & honestis sunt subnixae principiis: solisque pere-
 grinis institutionibus velatum mysterium, & verba nominibus in-
 uoluta spirituum, lectorem requirunt eruditum. Vt timur enim mini-
 sterio Spiritus ad velandum secretum, quod noceret reprobis publi-
 catum. Et ne quis in horarum supputatione ex errore deficiat:
 horas planetarum tam in die, quam in nocte, nos
 accepisse noscat.

CAP. I.

SAMAEI SUPREMI IMPERATOR PRIMAE horae diei praesidet : qui habet sub suo imperio duces, comites & seruos complures, quos mittit in hac hora tantum vocatos ad operantem in Steganographia expertum.

RIMAE horae diei, quae in ortu solis sumit exordium, Spiritus & Imperator Samael dicitur : qui habet sub suo imperio duces, comites, & subseruitores plurimos : qui vocati per operantem in hac hora duntaxat in Steganographia veniunt: Arcanum quod eis committitur perferunt, sed venire extra horam penitus contemnunt. Et nota, quod duces & primi Samaelis principes raro mittuntur ab eo in ministerium huius scientiae : quippe qui magicis & nocturnis illusionibus hominum concitandis gerunt officium. Comites autem cum seruatoribus suis ad ministerium huius artis specialiter deputati sunt : in quod etiam sine ducum praesentia crebrius mittuntur : qui cum sint ex supremo inter spiritus ordine : aliquantulum superbos se & rebelles exhibere vocantibus solent: nec facile alicui nisi peritissimo in arte Steganographiae sine labore & periculo obtemperant : procaces enim sunt, & ad illusiones irrisionesque hominum promptissimi, deridentque & subsannant maxime illos, quos in arte Steganographiae minus offenderint esse peritos. Eos autem, quos audaces, constantes & expertos in arte ipsa considerant, reuerentur & metuunt, eorumque mandatis cum tremore & reuerentia promptissime semper obediunt. Iam itaque ex comitibus eorum, qui nobis sunt necessarii in operationibus Steganographiae hac hora, nomina referemus.

X.	X.	X.	X.	X.		
Ameniel	Brumiel	10	100	1000	μ	ν
Charpon	Nestoriel	10	100	1000	α	β
Darosiel	Chremas	10	100	1000	10	20
Monasiel	Meresyn	10	100	1000	20	10

Habe-

Habemus iam ex ducibus magni Samaelis 4. & ex comitibus totidem, ex seruatoribus ex triplici ordine 4440. quorum ministerium ad omnem operationem artis Steganographiæ, quo ad primam horam diei, copiose nobis sufficit.

Cum itaque in prima hora diei operari in arte volueris, characterem domini ascendentis scribe in schedulam primam, deinde lunæ: postea reliquorum planetarum omnium secundum ordinem consuetum, & in fine characterem signi eadem hora ascendentis. Cumque hoc compleueris, scribe in dorso eiusdem schedulæ istam coniurationem cum silentio, tacens.

Coniuratio.

SAmael afluat onayr myscolayr madiel cuhiel naniel nabruys fatiel atharbiel nadian naslon, ranyalcoha pemarkon. Hac Coniuratione scripta in schedula, vt præfertur, pulchre, clare & distincte literas mittendas ad eum, quem volueris scire arcanum, aptabis, in quacunque forma tibi placuerit: quia nihil refert, quales (modo nullum in se secretum contineant literæ mittendæ) formatæ fuerint. Deinde, literis etiam scriptis, voca vnũ aut duos ex comitibus secundum ordinem, si multis vicibus in hac ipsa hora diei prima operaris, & dic coniurationem præscriptam ex eadem schedula, fortissima intentione, nihil metuens: qua rite completa, spiritus vocati statim apparebunt tibi visibiles in forma familiari, sibi que consueta: placidi, beneuoli, ad omnia promptissimi seruitiis occurrētibus: quibus apparentibus committe principaliori inter eos arcanum tuum, dicens: Ameniel tibi per virtutem occultam huius Coniurationis mando, vt ad Albertum Goëler de Rauenspurg, præfectum in Creutznach, quanto citius pergas, eique ex meo nomine dicas sic vel sic. His dictis subiunge verbum secretum, quod non est scribendum: statimque spiritus auolabit. Literas autem characteribus Samaelis obsignatas (sicut moris est) per nuncium mitte, in quibus nullum contineatur secretum, & quæ nullius vereantur conspectum.

Arcanum sit, qualecunque occurrit.

Sit arcanum magnum, arduumque secretum, qualecunque pro tempore occurrit & tale, quod nulli debeat communicari: nec literis credendum, nec tabellionibus: quia non est in hac arte, maxime per spiritus huius secundi voluminis, operandum pro parvis leuibusque causis, quæ alias per literas nunciari possunt.

Literas super his formabis ad placitum.

Maiestas Catholica fidei, cunctis firmiter seruanda hominibus felicitatem vitæ sempiternæ Christo famulantibus spondit. Tenete Catholicam fidem Christianam, glorificate Omnipotentem, fugientes tumultum vanitatis. Nemo prauorum operum vitam beatam habebit. Homo fidelis sequatur Christum tramite virtutum. Operibus bonis decoratur integritas: & Catholicum nomen Christiana fidelitate seruatur. Nam prauus homo fidem obnubilat. Christus odit temerarios, amatque Christianos exercentes Catholicas operationes, tranquillitatem venerantes. Ioannes Trithemius Abbas Spanh. edidi Cal. April. Anno Domini M. D. —.

Cum literas acceperitis, cui mittuntur, in arte peritus; præmittat ea, quæ sunt ex generali artis institutione præmittenda: & dicat præscriptam cõiurationem eo modo & ritu, quibus prædiximus in schedula scriptam, eũ caractere domini ascendentis, cæterisque expressis. Mox autem vt cõiurationem compleuerit: spiritũ videbit præsentẽ, quo viso, impeterrite dicat + penador auenal + solmeniel phanu + sauear caschanti hernoty maduran. Amen. His dictis, sileat, & videbit spiritum appropinquantem ad se, & commissum arcanum referre in aurem secrete atque secure, quem sine timore ita audiat cum magna industria, vt si aliquis circumfuderit, ne vel nutu vel verbo spiritum indicet præsentem.

CAP.

Sunt cruce
rubra,

CAP. II.

*HORA SECUNDA DIEI VOCATUR CE-
uorum. Cuius princeps & supremus spiritus est Anael, qui habet
sub suo Imperio duces 10. comites, centuriones, præsidentes
100, Seruorum & subseruientium non est
certus numerus.*

RÆSIDENS & Imperator secundæ horæ diei prin-
cipalis vocatur Anael, qui habet sub suo Imperio
deputatos in ministerium huius artis Steganogra-
phiæ duces 10. comites, centuriones & præsen-
tes omnibus spiritibus suis 100. seruorum adhuc mihi non est
certus numerus. Hora autem diei secunda vocatur Ceuorum,
in qua mutabiles operationes fiunt cunctis stupendæ homini-
bus. Istius Imperatoris spiritus omnes sunt satis beneuoli, iucū-
di, hilares, & ad obediendum operanti in arte promptissimi:
modo sit peritus in arte, fortis animo, constans & bene intelli-
gens.

	℞.		℞.		℞.	
<i>Menarchos</i>	<i>Orphiel</i>	<i>Quosiel</i>	10	100	G.	℞.
<i>Archiel</i>	<i>Cursiel</i>	<i>Ermaziel</i>	10	100	G.	℞.
<i>Chardiel</i>	<i>Elmoym</i>	<i>Granyel</i>	10	100	G.	℞.

In hac tabula posuimus ex ducibus Anaelis 3. ex comitibus
sex, & ex seruorum numero 330. qui nobis ad omnem operatio-
nem Steganographiæ in hac secunda hora diei per suos ordines
missitando sufficiunt.

Cum itaque in hac hora volueris aliquid in Steganographia
operari, scribe in munda schedula characterem domini ascen-

dentis, & secundum ordinem sequentem illum: cæteros planetas ac nouissime signum domus XII. cum encausto facto ex materia istius artis. Deinde scribas in dorso prædictæ schedulæ istam coniurationem cum silentio, facie conuersa ad solem.

Carmen Coniurationis.

A Nael otiel aproisy rächymas thulnear layr meuear theor
cralnotiel amerfoty mouear phroys lierto mear vrnesa elty
famelron.

Coniuratione scripta, fac cætera, quæ nosti secundum artem
facienda. Deinde Carmen sub silentio dicas: & spiritum mox vi-
debis præsentem, hilarem, iucundum atque beneuolum ad o-
mnia: cui arcanum committas secure.

Arcanum ponamus quodcunque.

S It nobis arcanum qualecunque pro tempore occurrēs, quod
nec literis videatur vtiliter nec tabellioni committendum.
Vocentur ex spiritibus Anaclis dux & comes vnus, vel alter eo-
rum, vt libet. Committatur principali secretum debito mo-
do, sicut oportet secundum artis præceptum: & fideliter perfe-
ret.

Tenor literarum sit familiaris.

Ioannes Trittemius, Abbas Spanheimensis, V Vilhel-
mo Veldico, Canonico Sancti Augustini in val-
le Franconis conphilosopho salu-
tem.

T Vis respondere literis gauderem, ita me Christus gaudere faciat: trans-
mitteremq; volumina flagitata, si tandem habuisssem. Zelatus sum n.
pro maximis atq; grauissimis occultis tractatoribus nature zelo bono, quē
habuere philosophi antiquissimi. Habeo autem tibi gratias longe immorta-
les, frater mi dulcissime, qui glutinum mutui tenuisti inuiolatum. Hoc n.
fami-

familiari negotio, quod graui modestia diligētissime procurasse videris, plane cognoui: quod factum laudo: gratiasq; habeo nunquam morituras. Itaq; morem gerere tuis petitionibus maxime cuperem, si postulata (nouit Christus haberem. Ficiati varias translationes nuper vidi latinas: Pici Mirandulani excellentissimi viri, multa volumina fulgentissima legi Hippolytū vidi græcū: si transtatus sit penitus, nescio. Veritas summa, Christus nouit cui nihil tenebræ occultant, quod ex corde morē tibi gerere cupio postulanti. Rogo, zelato virtutē zelo rectitudinis: laudes honoresq; perituros contemne. Laudem existima veram, præcedentem Christum imitari. Fac rogo, quatenus sacerdos existas operibus, Christumque omni, quo viuus, tēpore diligas. Verus amator Christi feruet zelo iusticia. Vera anima requies, & cognitio saluatoris piæq; obseruantia Catholica traditionis gloriam sempiternam omnibus præparat. Iesus Christus, gloriosus honorum omnium largitor, conferat tibi æternitatis amorem Catholicum, sacerdotē Christianorum efficiens. Vale. 4. Cal. April. Anno M.D.

Cum literas missas acceperit is cui missæ sunt, in arte peritus: præmissis generaliter præmitti consuetis, ordinet dominum ascendentis cum cæteris, quæ sunt de more in chartula: dicatque coniurationem præscriptam. Qua dicta, spiritus missus apparebit visibilis: ad quem conuersus intrepide dicat. Fabelmerusyn passoriel liertos ryneas melchus thyrmo nydran veapadroys. Completo hoc Carmine, spiritus mox blandus accedet, referabitque mysterium commissum fideliter. Caueat autem omnis in hac arte operaturus, tam is qui mittit spiritum, quam ille ad quem fuerit destinatus: ne in publico vel inter alios, qui nō sunt huius artis periti, quicquam operari præsumant: quia omnes spiritus horarij amant secretum, & publicum detestantur: & sine periculo non abierent.

CAP. III.

*CVIVS HORA VOCATUR DANZVR, ET
spiritus eius imperator supremus est Vequaniel, qui habet sub
suo dominio duces 20. comites 200. seruorum non
est numerus.*

TERTIA hora diei appellatur Dansur, cuius supremus spiritus & imperator vocatur Vequaniel, habes sub suo imperio duces 20. comites 200. Seruorum incertus est numerus. Horum officium est ad omnia generale: suntque satis prompti atque beneuoli in omnibus, quaecunque eis fuerint commissa, & fideles & securi: nec sunt inuoluntarij ad obedientiam; sed vocati in pulico sine leſione aut periculo vocantis minime possunt. Amant enim secretum, sicut & caeteri omnes, qui horis & earum operationibus praesunt. Nomina vero omnium non noui, sed paucorum tantum, quae reuelantibus ipsis in hanc tabulam redacta nobis sufficiunt.

<i>X.</i>		<i>X.</i>		<i>X.</i>		<i>X.</i>
<i>Asmiel</i>	<i>Drelmech</i>	<i>Gemarij</i>	<i>20</i>	<i>20</i>	<i>200</i>	<i>200</i>
<i>Persiel</i>	<i>Sadiniel</i>	<i>Xantiel</i>	<i>20</i>	<i>20</i>	<i>200</i>	<i>200</i>
<i>Mursiel</i>	<i>Parniel</i>	<i>Seruiel</i>	<i>20</i>	<i>20</i>	<i>200</i>	<i>200</i>
<i>Zoesiel</i>	<i>Comadiel</i>	<i>Furiel</i>	<i>20</i>	<i>20</i>	<i>200</i>	<i>200</i>

In hac tabula nominatos habemus ex ducibus 4. ex comitibus 8. & ex seruitoribus eorundem innumeratos 1730. qui nobis ad omnes huius artis operationes in hora tertia diei sufficiunt. Cum ergo volueris in hac hora Spiritum pro aliquo nuntio perferendo ad amicum vocare: non pauciores, quam ad minus duces duo, comites totidem cum seruis eorum vocentur. Si autem

tem

tem plures vel pauciores vocare volueris; poteris quidem, sed oportebit coniurationem habere ad imperatorem vniuersalem, sine cuius mandato non violant ordinem suum Spiritus. Itaque scribe in chartam nouam, characterem domini ascendentis, cæterosque per ordinem planetarum, cum signo domus duodecimæ, eo modo, quo institutio artis requirit. In dorso chartæ scribe istam Coniurationem.

Coniuratio.

VEquaniel, odiel mesrij reuoij sotiel mear iamy otiel aslofian yriloti breotion drearij fabel merusin. Coniuratione scripta subiunctisque his, quæ requiruntur ex arte; dic eam voce submissa, ne à quoquam audiatur: & statim venient spiritus vocati, quos vt videris, committe potiori secretum, quem facile cognosces ex habitu: quia semper, qui primus est inter cæteros spiritus, conuonatus apparet.

Arcanum sit qualecunque.

Secretum tibi sit qualecunq; ad amicum absentem, quod nec literis, ne à quopiam legantur, sit committendum, nec tabellioni, ne quauis occasione aut precio corruptus aut metu te tradat in publicum. Voca spiritum horæ deputatum, committe illi arcanum, nil metuens: perferet fideliter.

Literas formabis ad placitum.

Ioannes Tritthemius Abbas Spanheimensis Arnol-
do Bostio, Carmelitæ Gandauensi, Conphiloso-
pho, salutem & charita-
tem.

Cum te amatorem artium humanitatis nouerim, deuotumq; Christia-
nae fidei cultorē, maximumq; fautorem omniū philosophorū, libenter
gratifi-

gratissimo petitionibus tuis mira voluptate amicitiae adductus. Librum de scriptoribus, praenotatum Ecclesiasticis Catholicisque doctoribus, tibi horraui ecce transmitto, ut habeas, quo animū oblectes. Codicem autem Hermetis, & libros Dionysii de Spiritibus, opusque grande Euencii de hibernis questionibus mihi remittas. Christus dignetur cordis nostri oculos zelo feruentissimo sui amoris exornare: faciatq; nos habere amorem caelestium honorum: atque desideriis infimis exutos vanos honores doceat contemnerē. quatenus artis sublimia, natura quoque grandia secreta penetrare queamus: habeamusque continuum ad Philosophiam desiderium, purificare affectus, quo Catholicā fidem semper honestissimis exornemus moribus. Tene magnum verbum: philosophus es, dimitte omnia & inuenies: horam suspicare proximā mortis: quatenus paratus occurras. Vale. 3. Cal. Apr. M.D.

Cum literas quascunque caractere Vequanielis obli gnatas acceperis; scribe figuram domini ascendentis, & domus XII. cum cæteris quæ requiruntur ad artem in schedula noua, & in dorso eius coniurationem prædictam; & statim Spiritus missus apparebit visibilis; quem mox ut videris, dic carmen istud.

Carmen coniurationis.

FAmeron aprois liernoti stadiuear diuiel sauean Lamerfy. His dictis, suscipe verbum ex ore Spiritus sine pauore, quia satis fidelis est. Et caue, ne in publico coram aliis opereris.

C A P. IV.

CVIVS HORA VOCATUR ELECHYM: ET supremus Spiritus horæ appellatur Vathmiel, qui habet sub suo Imperio duces 10. comites 100. seruorum non est certus numerus, per quos in quarta hora fit operatio.



QUARTA hora diei vocatur Elechym, cuius supremus angelus appellatur Vathmiel, qui habet sub se deputatos ad hanc artem Steganographiæ duces nominatissimos 10. comites vero 100. seruorum infinitus

Unicus est numerus. Habentque officium nunciandi generaliter omnia arcana: & sunt valde boni, beneuoli & obediētes ad omnia, quæcunque iubentur. Verum secreti amatores tumultus hominum valde detestantur. Ergo caue, ne inter alios constitutus, qui nō sunt in arte periti, aliquid per eos operari attemptes: quia nec facile coniurati accederent: & sine tuo periculo non abirent. Custodi omnia, quæ tibi præcipimus: & habebis magnum in hac scientia profectum.

℞.		℞.		℞.		℞.
<i>Ammiel</i>	<i>Emarsiel</i>	<i>Iermiel</i>	10	100	100	100
<i>Larmich</i>	<i>Permiel</i>	<i>Thuroz</i>	10	100	100	100
<i>Marsiel</i>	<i>Queriel</i>	<i>Vanefiel</i>	10	100	100	100
<i>Ormyel</i>	<i>Strubiel</i>	<i>Zasuiel</i>	10	100	100	100
<i>Zardiel</i>	<i>Diuiel</i>	<i>Hermiel</i>	10	100	100	100

Habemus in hac tabula ex ducibus Vathmielis 5. ex ducibus vero 10. & seruatorum numero 1550. quorum ministerium nobis ad omnem operationem Steganographiæ ad quartam horam est sufficiens. Cum itaque in hac hora volueris operari: characterem domini ascendētis & domus duodécimæ cum cæteris scribe in charta noua; & in eius dorso istam Coniurationem, sicut decet.

Coniuratio.

VAthmiel adres rheareso rafe rheotij venofi sayr fatiel casa irfoti verotiel does ro fabel merusin. Deinde, posteaquam præmiseris ea quæ sunt ex more præmittenda: eandem Coniurationem submissa voce dicas: & statim spiritus vocati aderunt, ad minus vnus dux & vnus comes, cum seruatoribus eorū prompti ab obediendum tuis mandatis.

Argumentum secreti nunciij.

SIt arcanum qualecunque, magnum & valde secretum, quod nullum omnino scire velis præter vnum. Voca spiritus horæ
 O depu-

deputatos, quot volueris: & cōmitte principaliori secretum. Literas scribe, in quacunque forma volueris, in quibus nihil continetur secretum, & quæ nullius omnino vereantur conspectum.

Ioan. Tritth. Abb. Spanh. ordinis Sancti Benedicti, Rutgero Vencaio Sicambro, Canonico ordinis diui patris Augustini Cœnobij Damentensis, S.

EA, quæ mihi soluenda proposuisti, Christo adiuuante, resolui. An bene, tu, qui proposuisti, ferto sententiam. Referam tibi breuiter factam rem stupendam. Retulit mihi nuper frater quidam, amicus quoque vnus, non vltimus: resuscitatum fuisse iuuenem ad Christi inuocationem ex mortuis, referentem miranda horrendaque apud inferos, prauorum Christianorum narrantem tormenta: eorum scilicet qui Christum peruerse agendo crucifixerunt: illius maxime eos, quod benignissima redemptionis beneficium oblitum, extiterunt semper Christo ingrati: horribiliaque pati eos, qui beneficiis, non bene viuendo, noscebantur ingrati: peccatisque occacati neglexerunt futura gaudia, voluptates mundi sectantes: qui cōmissis negligentis remordentibus amarissime clamabant: Merito ista sustinemus, qui redemptori generis humani semper ingrati fuimus; Christiani nomine, actione gentiles. Terrenas consolationes miseri semper inquisuimus: ideo debitam retributionem accipimus aeternæ damnationis. Heu nos infælicissimos: quare Christum offendimus? Quare tempus indultum contempsimus? Multa alia iuuenis resuscitatus nobis retulit: quæ scribere penitus iam non valeo: grauibus negociis maxime prepeditus. Ideoque frater, Christi vestigia zelose imitemur: grâtiâs semper mitissimo Saluatori nostro agentes: rogâtes, quatenus indulgeat nobis reatus commissos. Vale. 3. Calend. April.

Cum literas acceperit is cui mittuntur in arte peritus: obseruet dominum ascendentis eiusdem horæ. & signum domus duodecimæ: scribatque eorum characteres cum cæteris in charta, cum aliis quæ requiuntur ad operationem, dicatque postea cōiurationem supra dictam, & viso spiritu ista verba: Camerusin
aproy-

aproyfi lierto thulnear venean maueas fabelron. His dictis, accedet spiritus missus: & commendatum sibi arcanum fideliter & sine periculo reuelabit.

CAP. V.

CVIVS HORA VOCATUR FEALECH, ET Spiritus Imperatorque supremus appellatur Sasquiel, habens sub suo imperio duces 10. comites 100. seruorum maximum numerum.



QVINTA hora diei vocatur Fealech, & spiritus eius nominatur Sasquiel, Imperator magnus & potens, qui habet sub suo Imperio inter multos duces 10. comites 100. cum famulis eorum, in ministerium diuersarum & maxime secretarum artium & huius scientiæ nostræ deputatos. Et notandum, quod duces raro vocantur in hora quinta ad operationes Steganographiæ, quia non sunt semper necessarij: cum comites vna cum seruis sibi deputatis ad omnem operationem nobis copiose sufficiant. Si quis tamen etiam ex ducibus videre aliquos, potestateque vti eorum voluerit: potest vocare vnum, duos aut plures: & venient sine mora, qui satis beneuoli sunt & prompti ad obediendum operantibus.

	X.	X.	X.	X.
Daniel	Iameriel	Omerach	10	100
Araniel	Futiniel	Lameros	10	100
Maroch	Rameriel	Zachiel	10	100
Sarapiel	Amisiel	Fustiel	10	100
Putifiel	Vraniel	Camiel	10	100

Ex ducibus Sasquielis iam nominatos 5. habemus, ex comitibus vero 10. & ex seruorum numero 5550. quorum ministerium

ad omnem operationem præsentis horæ sufficit. Cum itaque per aliquem ex prædictis operari ad Steganographiam in quinta hora diei volueris : scribe characterem domini ascendentis, domus duodecimæ cum cæteris, quæ ad artem requiruntur in chartula munda: & in eius dorso Coniurationem istam, eo quo scis modo.

Coniuratio.

SAsquiel adres rhetroseti rosiel emelto fatu olmeniel irsoti fauear nauedieliernoti chameson. His completis, cæterisque necessariis subiungetis, dic ipsam coniurationem, sicut oportet: statimque videbis spiritum, quem vocasti, visibiliter præsentem, cui arcanum secure committere potes.

Argumentum nunciandi arcanum.

SIt nobis arcanum qualecunque ad amicum, quod scire præter ipsum velimus neminem: sitque tale, quod nec literis tuto committatur, nec tabellionibus. Vocemus vnum ex comitibus Sasquielis suprædictis: committamus illi secretum, literas adiungamus characterem illius consignatas: tutique erimus.

Literarum Tenor ad placitum.

Ioannes Trittemius Abbas Spanheimensis Religioso fratri, Nicolao Baselio ex Durckheim, Monacho Hirsaugiensi, S.

SAnctam obedientiam, bone frater humilitatemque negligis: Benedicti constitutiones labefactas. Relatione omnium successiue conuenientium cognovisti te zelum bonum odio habere: normam Religionis, Catholicamque obedientiam spernere: operibus artibusque secularibus occupari. Bone frater quid agis? turbasti nos fatuosque zelaris bilingues: odium, amaritudinem, rixas, contentionesque amas, bonitatem odis, bilinguis es, contentiosus, superbus.

Fatue

Fatue quid agis? Tempus adest ocys secundum iustitiam corrigendi zelose has negligentias tuas: zelumque amaritudinis flagellis humilitatū nisi accurras humiliter nobis infringere: officio zelare cogimur cōtra omnia, quæ actitas fidei moribusque Catholicis seditiosa. Vale ex Spanh. prid. Cal. April. Anno M.D.

Cum literas acceperit is cui mittuntur in arte peritus: cognito charactere Sasquielis; præmissisque præmittendis ex more, dicat supra dictam coniurationem: & statim Spiritus missus apparebit & se visibilem exhibebit. Quo viso, mox dicat ista verba: Fabelmerufyn aueual veat plyan cralti penafon. His dictus Spiritus auditis mox accedens reuelabit arcanum.

CAP. VI.

CVIVS HORA VOCATUR GENAPHERYM,

& Spiritus eius imperator supremus appellatur Saniel, qui habet sub se duces & comites 110. cum multis famulis.

SEXTA hora diei vocatur Genapherym, & angelus eius est Saniel, magnus & potens in operationibus suis: qui habet sub suo imperio duces 10. comites 100. seruos 5550. in ministerium diuersarum operationum deputatos: qui nobis ad omnia, quæ per Steganographiam in hac hora voluerimus operari, sufficiunt.

Duces tamen rarius vocantur, licet prompti sint & valde voluntarij ad obediendum mandatis nostris: quia comites eorum officia vt plurimum peragere confueverunt: cū in alijs experimentis magicis sæpe occupentur.

	℞.		℞.	℞.	℞.
<i>Arnebiel</i>	<i>Gamyel</i>	<i>Nedabar</i>	<i>10</i>	<i>100</i>	<i>100</i>
<i>Charuch</i>	<i>Ienotriel</i>	<i>Permon</i>	<i>10</i>	<i>100</i>	<i>100</i>
<i>Medusiel</i>	<i>Sameon</i>	<i>Brasiel</i>	<i>10</i>	<i>100</i>	<i>100</i>
<i>Nathmiel</i>	<i>Trasiel</i>	<i>Camosiel</i>	<i>10</i>	<i>100</i>	<i>100</i>
<i>Pemiell</i>	<i>Xamyon</i>	<i>Euadar</i>	<i>10</i>	<i>100</i>	<i>100</i>

Habemus ex ducibus Samielis hic nominatos, ex comitibus 10. & ex seruorum numero 550. per quos fit operatio Steganographiæ in sexta hora diei. Cum itaq; per istos Spiritus operari volueris, fiat omnino in loco secreto: & si ducē vnum aut plures vocare volueris, in tua sit potestate, quamuis non sit opus, quia comites ad omnia intimanda nobis sufficiunt. Itaque scribe in Chartula munda characteres planetarum & signorum consuetos, & in dorso eius coniurationem.

Coniuratio.

S Amiel asiel thebrean pothijr erfoty mear pornys layr moas, famerosyn. Deinde, præmissis præmittendis, dic eandem coniurationem eo ritu, quo nosti: statimque Spiritus vocatus aderit, ad omnia promptus & alacer, quem mittas procul aut prope ad amicū, vt perferat secretum.

Argumentum Secreti.

A Rcanum qualecunq; habueris, ad quemcunq; in arte Steganographiæ peritū per Spiritus Samielis in sexta hora diei secure mittere potes: quia ad omnia sunt intimanda generales & in commissis omnino fideles, si debito modo in omnibus secundum præcepta nostra processeris.

Forma literarum, vt placet.

H Umilimis lamentis orantes gratiā remissionis consequemur. gemitibusque recipiemus reatum libertatem. Homines assidue penitentes letitiā merito percipient: iustitia operibus Catholicam pietatem adornantes: benignitatis legē tenebūt Catholica laudem. Omnes liberabit piissimus saluator, remisitque peccata indulgentiam optantibus, diligentibus tramitē Catholice religionis: gaudia percipient beatitudinis. Bona potestas libertatis tramitem legis seruantibus; gloriose triumphabunt, beatitudinem lucidam obtinebūt lumine trinitatis. Anno M.D. Cal. Apr. Ioan. Tritt. Abb. scripsit.

Cum

Cum has literas acceperit is cui mittuntur in arte peritus; præmissis præmittendis, dicat coniurationem: & mox Spiritus missus apparebit, quem vt præsentem viderit, dicat hæc verba.

Charmes pormeniel vear faseuij liernoty noty erfy melron. His dictis sicut in arte præcipitur, Spiritus accedet propius, cōmissumque sibi arcanum fideliter & secrete reuelabit.

CAP. VII.

CVIUS HORA VOCATUR HAMARYM, ET

Spiritus eius Barquiel, habens sub suo imperio duces 10. comites 100. Seruorum mihi non est certus numerus.



SEPTIMA hora diei vocatur Hamarym, & angelus eius appellatur Barquiel: qui habet sub suo imperio duces 10. comites 100. Seruorum magnus & incertus est numerus. Quorum omnium ministeria per vices & ordines suos ad omnem operationem Steganographiæ in hora diei septima nobis abunde sufficiunt. Cum autem operari volueris per Spiritus prædicti imperatoris in septima hora: non voces pauciores, quam ad minus vnum ducem, & vnum comitem, qui habent seruos sibi deputatos, quilibet in ordine suo. Vt autem habeas ad manum nomina aliquorum ducū & comitum, per quos queas operari: tabulam attende.

R.		R.		R.	
<i>Abrasiel</i>	<i>Harmiel</i>	<i>Pasriel</i>	<i>10</i>	<i>10</i>	<i>100</i>
<i>Farmos</i>	<i>Nastrus</i>	<i>Venesiel</i>	<i>10</i>	<i>10</i>	<i>100</i>
<i>Nestorii</i>	<i>Varmay</i>	<i>Euarym</i>	<i>10</i>	<i>10</i>	<i>100</i>
<i>Manuel</i>	<i>Tulmas</i>	<i>Drufiel</i>	<i>10</i>	<i>10</i>	<i>100</i>
<i>Sagiel</i>	<i>Crosiel</i>	<i>Kathos</i>	<i>10</i>	<i>10</i>	<i>100</i>

Hic nunc habes nominatos ex ducibus 5. ex comitibus 10. & nu-

& numeratos ex seruatorum ordine 600. Duces & comites vocantur ex nomine, & sunt satis prompti ad obediendum vocanti in omnibus, quæ pertinent ad huius artis ministerium. Cum itaque per eos operari volueris; scribe in charta munda characteres domini ascendentis domus 12. cum cæteris ex more scribendis: & in dorso eius scribas istam coniurationem secundum artis præcepta, ut scis.

Coniuratio.

L Amedon mofco vrfoty tharuean: dayr Lays emel thebrean
Lrafoty bamersan.

Deinde subiunctis, quæ sunt ex more artis subiungenda, dic ipsam coniurationem cum forti intentione, sicut oportet: & statim Spiritus vocati visibiles apparebunt. Arcanum non comiti sed duci committas, nisi forte comitem sine duce vocasti; quod etsi fieri posse non nego, tamen secundum præceptum artis ad minus dux vnus cum comitibus, quot volueris, vocandus est.

Argumentum secreti, ut vis.

A Rcanum tibi sit qualecunque ad amicum, quod nulli alteri velis esse commune. Ideo neque literis neque tabellionibus confidendum: quia utrobique fraus interuenire potest. Voca ex supradictis Spiritibus, quot volueris: committe potiori arcanum nihil metuens, quia boni & fideles sunt ad omnia.

Literarum forma sit ad placitum.

Ioannes Tritth. Abb. Span. Strenuo militi Henrico de
Bunano, conphilosopho studiosissimo,
Salut. dicit.

Commodaueram libros tibi meos sub conditione restituendi, miles charissime Bunane: sed ecce minime eos restitisti quos in breui remittere debuisti.

debuisses. Contra legem facis, quam fides Catholica de promissione sanciuit: non differas, quod promisisti, soluere cunctis: non decet bonum & honestū virum, ortum parentibus maioribusq; nobilibus, violare promissum. Promiseras autem breui diligentissime restituere. Leuitatis est quasi ad Calendas Græcas promissionem differre. Nonne satis expectaui cum beneuolentia grandi? Maxima promittere turpissimum est minima reddenti. Militem ornat bona fides. Quod grauius crimen accommodatum denegare promissum: nec decet Christianum nolle seruare condictum. Iubet autem Christiana legis constitutio seruare promissum, reddere mutuum. & quod tibi desideras fieri, etiam aliis facere libenter oportet. Ego libros ex postulo meos, quos tibi supplicati accommodaueram. Longiores excusationes, quas ad Calendas Græcas promittis, dimittito. Mentem meam breuibus tenes. Nomen tuum honestumque genus Bunanu uensium considera: mihi que mea volumina remitte. Vale. ex Spanh. 4. Nonas April. Anno Domini M. D.

Cum has literas aut quaslibet alias acceperis ab eo, qui spiritum ad te misit: cognito signo Barquielis, observa in eadem hora dominum ascendentis & scribe characterem eius cum cæteris ad chartam mundam: & coniurationem scriptā in dorso leges occulte, sicut oportet: & statim spiritus missus apparebit, quem mox ut videris, dic ista verba ad eum.

Mefarym burne theor alueas casuean cralti lierto aply charmoys. His dictis, spiritus missus propius accedens reuelabit tibi arcanū commissum sibi fideliter. Sed vide, ut sis fortis, constans & imperterritus in omnibus.

CAP. VIII.

CVIVS HORA VOCATUR IAFANYM, ET

Angelus eius dicitur Osmadiel: qui habet sub suo Imperio du-

ces 10, comites 100. Seruorum incertus est

numerus.



CTAVA hora diei vocatur Iafanym, & spiritus eius principalis appellatur Osmadiel secundū Picatricem in magicis: qui habet sub imperio suo duces.

P

10.CO-

10. comites 100. seruos innumerabiles deputatos non solum ad operationem Steganographiæ nostræ, sed etiam ad multa experimenta magica. Et dicit Salomon Iudæus, cognomento Hermes, in libro de natura spirituum : quod omnes isti prænominato Osmadaeli obedientes & subiecti duces & comites in diuersis transformationibus ad libitum operantis venire consueuerunt : quemadmodum ab operante iussi fuerint. Sed iam aliquorum nomina ponamus.

℞.		℞.		℞.		℞.
<i>Sarfiel</i>	<i>Demaros</i>	<i>Mariel</i>	10	10	100	100.
<i>Amalym</i>	<i>Ianosiel</i>	<i>Remasyn</i>	10	10	100	100
<i>Chroel</i>	<i>Larfuty</i>	<i>Theoriel</i>	10	10	100	100.
<i>Mesial</i>	<i>Vemael</i>	<i>Framion</i>	10	10	100	100.
<i>Lantrhotz</i>	<i>Thribiel</i>	<i>Ermiel</i>	10	10	100	100

Ex ducibus quinque, & ex comitibus 10. iam nominatos in tabula habemus, qui nobis ad omnem operationem huius horæ sufficiunt. Cum autem per eos operari volueris in Steganographia: scribe in chartula munda cum characteribus & coniurationibus consuetis: & primo subiunctis subiungendis, dic ipsam coniurationem scriptam, quæ est talis.

Coniuratio.

O Smodael aneor erfoty neas, hays layr Caphrayn thelreas mear penarsy. Hoc Coniurationis carmine dicto, spiritus vocati aderunt, prompti & obedientes ad omnia. Arcanum duci committas, non comiti, nisi ille fuerit absens : quia semper principaliori interuenientes debet commendari.

Argumentum secreti ad placitum.

S It nobis arcanum qualecunque (quod velimus scire amicum procul absentem) & tale quod non velimus venire ad alicuius al-

ius alterius notitiam; & sæpe contingere potest. Ne ergo vel tabellarius mysterium qualibet occasione reuelet, vel in manus peregrinas literæ perueniant; operemur, & per spiritum erimus securi.

Ioannes Trittemius Abb. Spanh. ordinis Sancti Benedicti Domino Conrad. Abb. Sancti Stephani Herbipolensi, S. D.

Exiit rumor de Lympurgensi Abbate, quod dimiserit fratrem Ioannem Feilsdorfensem, virum fidelem, & temporalium rerum maxime peritum: nouosque introduxerit monachos Pantimoranos, ipsosque sibi deputauerit officiales. Miror vehementer factum inutile. Veruntamen cum recordor consuetudinem Lympurgensium, nescio quid dicam. Temporalium siquidem sunt nescii: ideoque dimiserunt virum fidelem, quoniam facta eorum redarguebat: qui debuissent gratias dixisse saluatori nostro Iesu Christo pro fidelitate tanti fratris, qui reuelare eorum necessitates potuisset. Miseri quare repellitis bonum necessariumque adiutorem? Quid dicam? Non laudo recessum tam utilis fratris temporaliumque peritissimum rerum, qui Lympurgensibus subenisset quam citissime. Doleo vehementer: ita desipuisse Lympurgenses monachos, qui virum dimiserunt optimum: & monachos nihil penitus valentes in rebus temporalibus Oeconomos constituerunt. Machari Abba, non sic virum decebat. Primo laudasti, nunc repulisti tibi virum multum necessarium, nullique postponendum. Fateor si Christus eum mihi dedisset: ut Christianum decet, maximas nunc gratias agerem: curaremque, ne discederet unquam. Verum tu Christo ingratus maluisti virum fidelem prauorum fatuo consilio fatigatum dimittere: ne videretur rebus tuis desertis spes esse recuperationis. Ex Spanh. 3. Non. April. M. D.

Cum literas istas vel quaslibet alias receperit, signo Osma-daelis signatas, is cui mittuntur in arte peritus: premissis premit-tendis, dicat coniurationem prescriptam, & mox spiritus visibilis apparebit: quem ut videris, dic: Menafon a proysy elmano thulneas affierto mauear veneas cralnoti permafson.

His dictis, nuncius spiritus arcanum tibi manifestabit.

CAP. IX.

CVIVS HORA VOCATUR KARRON, ET nomen supremi Angeli eius est Quabriel, habens sub suo Imperio duces 10. comites 100. Servorum non est certus numerus.



NON A hora diei vocatur Karron, & spiritus eius principalis appellatur Quabriel, qui habet sub suo Imperio multos & pene innumerabiles duces, comites & servos, è quibus in ministerium huius artis nostræ Steganographiæ deputati sunt ex ducibus 10. & ex comitibus 100. qui servos deputatos sibi multos habent in ordinibus. In primo ordine sunt 10. in secundo 20. in tertio 30. in quarto 40. in quinto 500. in sexto 600. in septimo 700. in octavo 1000. & 80. in nono 90000. in decimo vero sunt 100000. Sed raro per omnes ordines vocantur spiritus: & si vocati fuerint: non omnes sed aliqui cum ducibus & comitibus suis secundum Imperatoris iussionem venire consueverunt. Dixit autem Raziël magnus in libro suo de præstigiis & transformationibus, quod istorum spirituum maximus est numerus: & ordines suos singuli in omnibus ministeriis & officiis diligentissime custodiunt: & Salomon Hermes Iudæus de natura spirituum dicit istos apparere solitos in ea forma, quam operans in arte descripserit, in sua voluntate. Sed nunc iam aliquorum ducum & comitum nomina exponamus.

℞.		℞.		℞.		℞.
<i>Astroniel</i>	<i>Kranos</i>	<i>Trubas</i>	10	10	10	100
<i>Charmy</i>	<i>Menas</i>	<i>Xermiel</i>	10	10	10	100
<i>Pamory</i>	<i>Brasiel</i>	<i>Lameson</i>	10	10	10	100
<i>Damyel</i>	<i>Nefarym</i>	<i>Zaznor</i>	10	10	10	100
<i>Nadriel</i>	<i>Zoymiel</i>	<i>Ianediël</i>	10	10	10	100
						Hic

Hic iam habemus nominatos duces 5. comites 10. numeratos, ex seruis eius deputatis 650. qui nobis sufficient. Cum autē in nona hora diei per istos Spiritus operari volueris; obserua dominum ascendentis, & scribe in charta munda ea, quæ sunt secundum artis institutionem præcepta, & in eius dorso coniurationem.

Quabriel, odiel, amear, cayn alco mean chyr pareos payr pe-ray, thubro menafry. Deinde, præmissis ex more præmittendis, dici ipsam coniurationem, sicut in arte præcipitur: & statim Spiritus vocati aderunt, in quacunque forma volueris, prompti & fideles ad omnia: potiori committe secretum.

Argumentum Secreti.

ARcanum nobis sit qualecunque ad amicum: quod volumus esse secretissimum, & nulli omnimodo reuelari præter ipsū. Vocemus itaque ex supra dictis ducibus & comitibus vnum aut duos iuxta institutionem artis; & committamus potiori secretum.

Formemus literas ad placitum.

Ioan. Trittem. Abbas Spanh. Ord. S. Ben. Religioso Patri, Ioanni Hugonis Guardiano, fratrum minorum sancti Francisci in Creucenach,
Salutem & charitatem.

Religiose venerandeq; pater, scio quod omnia libenter amicis concedis aptata: propterea deprecor humiliter, quatenus intuitu Catholica pietatis diutius apud nos detētos summa cū charitate tuos zelosos fratres non agre feras: oportuit namq; eos, me obsecrante, manere. Gloriosum nobis gaudium erat gaudentibus nobis omnibus sine delicto. Exultauimus in domino gaudio spirituali, gratias Deo omnipotenti bono zelo referentes. Quid tali, obsecro, conuentu religiosius? ubi nihil dicitur ociosum, nihil zelatur iniquum, Christus Iesu & saluator omnium nos faciat gaudere in gloria sempiterna.

terna: Gloriosi virtutum Zelatores veritati nihil praeponunt. Gausisumus gaudio sancto, orantes ut memoratos fratres tranquille suscipias, omnēque amaritudinis Zelum deponas. Vale ex Spanh. 3. Non. April. Anno Domini M.D.



Cum literas has aut quaslibet alias acceperit is caractere Quabrielis consignatas in arte peritus: praemissis praemittendis, dicat praescriptam cōiurationem: qua dicta mox Spiritum videbit destinatum, quem ut viderit, dicat ista verba: Mesfraym paslotiel vear reneā cralty thio phroyfy ma mear hamorsy. His dictis, Spiritus missus placide accedens dicet tibi commissum arcanum.

C A P. X.

CIVIS HORA VOCATUR LAMARHON, ET

Imperator eius supremus Spiritus Oriel appellatur, qui habet sub suo imperio duces, comites & servos multos.



DE C I M A hora diei vocatur Lamarhon, & angelus eius supremus appellatur Oriel Imperator magnus & potens, qui secundum Salomonem Iudæum multos habet sub suo imperio duces, per quos fiunt miranda experimenta in magicis hora diei decima. Habent autem inter se ordines decem illi duces, & comites illi, qui ad operationem Steganographiæ deputati sunt cum famulis eorum. In primo ordine sunt 10. in secundo 20. in tertio 30. in quarto 40. in quinto 500. in sexto 600. in septimo 700. in octavo 800. in nono 900. in decimo 1000. Nos autem ex primis quinque ordinibus comites 10. ex vltimis vero duces quinque duntaxat assumentes in operationibus nostris contenti sumus. Si quem delectat plurius nomina scire; vocet vnum ex nominatis in tabula, & interroget eum: & audiet, quaecunque voluerit; & quotquot voluerit scire, perfecte sciet ex illo.

Armo-

℞.		℞.		℞.		℞.
Armosy	Lemur	Xantros	10	10	100	100
Drabiel	Ormas	Basilon	10	10	100	100
Penaly	Charny	Nameron	10	10	100	100
Mesriel	Zazyor	Kranoti	10	10	100	100
Choreb.	Naueron	Alfrael.	10	10	100	100

Habemus hic ex ducibus Orielis quinque & ex comitibus 10, cum seruis sibi deputatis per vices suas in numero 1100. qui nobis ad omnem huius horæ operationem sufficiunt. Cum autem operari per ipsos in hac hora diei volueris; præmissis præmittendis ex more, & scriptis scribendis in charta munda; & ista coniuratione in dorso eius ordinata, fac cætera, vt scis.

Coniuratio.

ORiel burnadiel irasmy crismean pormy erfoti amear medusen. Postquam istam coniurationem compleueris secundum rectam institutionem artis: videbis ducem cum cæteris Spiritibus vocatis præsentem, cui committas arcanum.

Constitutio Arcani.

SIt nobis amicus cui bonum fauemus: hūc ab aliquo circumcellione supplantandum & circumueniendum timemus. Cupimus ergo auisatum iri. Apertis verbis per nuncios non possumus: per literas, ne in manus alicuius deueniant, similiter nō audemus. Vt ergo simus tuti, & arcanum nostrum semper maneat secretum: vocemus Spiritum vnum ad minus prædictorum ducem. Venit, obedit, perfert nuntium fideliter.

Epistola formetur ad placitum.

Ioan. Tritthem. Abbas Spanh. Henrico de Banauu, Equiti Aurato, Philofopho & Mathematico. insigni Salutem dicit.

CVm sis artium humanitatis studiosissimus, gaudebis, vt opinor, vehementer, te inuenisse nouū studiorū sociū. Is qui tibi has literas exhibebit

vir

vir magna scientia est, summus Philosophus, subtilissimus Arithmeticus, cloquentissimus Rhetor, Mathematicus profundissimus omnifariamq; excellentissime doctus. Ornatissime loquitur, Tulliana nitens facundia. Nisi maxime tibi essem amicus, tantum virum penitus retinuissem: quoniam eo usus philosophum doctissimum expertus sum. Tibi maxime faueo: tu grater suscipe philosophum, quem tibi singulari amore inductus mitto. O utinam tales essent nostri quicumque studentes, qui timido corde nobilem contemnunt scientiam. Iste vir studium Philosophiae & alias scientias, altissimaq; natura profunda scrutatur assidue, continue tractat & acutissime penetrat. Hominem igitur Heinrici Bunavv liberali vultu tractare pro Christo memineris. Vale ex Spanh. 2. Nouemb. Anno Domini M. D.

Cum literas acceperit amicus cui mittuntur in hac scientia Steganographiae peritus: faciat omnia quae sunt secundum artem facienda, & subiungat praescriptam coniurationem, sicut moris est. Et cum viderit Spiritum missum praesentem, dicat haec verba ad ipsum inter Spiritus potioem, Camyn aparsy aslotiel omeas reneas vean triamy cralty penason. Quibus prolatis, statim Spiritus accedet propius: & manifestabit ei arcanum.

C A P. XI.

*CVIVS HORA VOCATUR MANELOYM, ET
supremus imperator eius dicitur Bariel, qui habet sub suo do-
minio principes, duces, comites & seruos
multos.*



IN DECIMA hora diei vocatur Maneloym, & angelus eius supremus imperator appellatur Bariel, qui vt Hermes Iudaeus scribit, multos sub suo imperio Spiritus habet, per quos miranda fiunt in hora diei vndecima, in experimentis varijs. Ex his deputati sunt ad operationem Steganographiae per ordines suos multi. In primo ordine sunt 10. in secundo 20. in tertio 30. in quarto 40. in quinto 500. in

500. in sexto 600. in septimo 700. in octauo 800. in nono 900. in decimo 1000. Hi omnes per vices & ordines suos in ministerium huius artis mittuntur: inter quos sunt duces & comites cum seruis eorum, multi valde, quorum omnium nomina non est facile depromere, nec quidem opus est: cum paucorum nomina scire sufficiat, & operans in arte semper ex vnius relatione spiritus plura aliorum nomina scire possit. Et nota, quod secundum Raziem, omnes isti spiritus ad voluntatem operantis se formant & transformant: ita vt in quacunque forma eos videre voluerit, iubeat ante Coniurationem eo modo quo præcipit ars: & obedient ei promptissime ad omnia. Sed iam aliquorum nomina nobis sufficientia exponamus.

℞.		℞.		℞.		℞.
<i>Almarizel</i>	<i>Menasiel</i>	<i>Almas</i>	10	10	100	100
<i>Prasimiel</i>	<i>Demasor</i>	<i>Perman</i>	10	10	100	100
<i>Chadros</i>	<i>Omary</i>	<i>Comial</i>	10	10	100	100
<i>Turmiel</i>	<i>Helmas</i>	<i>Temas</i>	10	10	100	100
<i>Lamiel</i>	<i>Zemoel</i>	<i>Lanifiel</i>	10	10	100	100

Hic iam habemus ex spiritibus Barielis nominatos 15. quorum quinque sunt duces & 10. comites, qui habent numerum seruorum 1100. qui nobis pro nostris operationibus vndecimæ horæ diei in Steganographia sufficiunt. Cum itaq; volueris per istos spiritus operari, dominum ascendens cum cæteris observa, secundum quod in superioribus diximus, & istam coniurationem cum aliis scribe in charta munda, sicut moris est in hac scientia.

Coniuratio.

B Ariel mylan theory madruson alfayr dreschym taparoy's me-
ar moas layr penafon. Præmissis præmittendis, dic istam con-
iurationem, sicut oportet: & statim spiritus vocati apparebunt
quos vocasti: committe eis secretum, quodcunque habueris.

Q

Consti-

Constitutio arcani cuiuscunque.

Est nobis arcanum ad amicum, siue ad alium quemlibet in arte nostra peritum, quod neque per literas neque per tabellionem significare possumus, quia periculum utrobique formidamus. Vocamus itaque spiritum, commendamus potiori secretum: & in omnibus tuti sumus.

Literarum tenor ad placitum.

Ioan. Tritth. Abbas Spanh. ordinis diui Benedicti, fratri Quirino, Monacho Corbeienfi in Francia, S.

DE Genitrice perpetua Virginis Mariae transmitto orationem meam, quam nuper postulasti Quirine: Ave benignissima mater Anna, Mariae Virginis parens fulgentissima: tu omnium inuocantium te adiutrix fidelissima: tu quarentium te nobile refugium: quietum sanctitatis beneficium. Salue pauperum aduocata mitissima: Consolatrix gementium pulcherrima: virtutum apotheca ornatissima. Ave tristem Refocillatrix Iuda: medicina infirmorum saluberrima: fideliumque Christianorum promotrix celeberrima: veniam nobis orantibus impetra: tremendum iudicem Christum mitiga: tuis intercede pro famulis, ut beatitudinem consequamur: nos te intercedente sua benignitate petimus suscipiat miseros. Amen. 8. Iduum April. Anno Domini M. D.

Cum literas acceperitis cui mittuntur in arte peritus, attendat in primis characterem horæ literis annexum: quo cognito, operetur per dominum ascendentis horæ, in qua literas suscepit, cum cæteris in arte præceptis. Deinde subiungat e rationem præscriptam, eo modo & ordine, quibus oportet: & mox spiritus missi apparebunt. Quos ut videris, dicenda sunt ad principaliorum inter eos ista verba: chamerusin maslotiel veat reneas lier-noty trismy penafon. Cum hæc verba dicta fuerint ad spiritum inter alios potiore, qui ex habitu & corona facile cognoscitur & semper alios præcedit: mox reuelabit arcanum in aurem.

CAP.

CAP. XII.

CVIVS SPIRITVS MAGNVS IMPERATOR

sub suo dominio multos habet principes, duces, comites & famulos. Hora vocatur Naybalon, & spiritus eius Beratiel.



DVODECIMA hora diei vocatur Nahalon, & angelus eius supremus Imperator appellatur Beratiel: qui secundum Salomonem Iudæum sub Imperio suo spiritus habet ad diuersas operationes deputatos pene innumeros. Ex his omnibus deputati sunt ad operationem Steganographiæ in diuersis ordinibus diuersi. In primo ordine sunt duces & comites 10. in secundo 20. in tertio 30. in quarto 40. in quinto 500. in sexto 600. in septimo 700. in octauo 800. in nono 900. in decimo 100. in vndecimo 200. in duodecimo 300. Hi omnes per vices & ordines suos cū infinita copia seruatorum ad operationes istius artis deputati sunt, ex quibus intelligens & perfectus operator in arte, quos & quot voluerit in hora diei duodecima, poterit aduocare. Omnes autem huius horæ principes, duces & comites (secundum sententiam Razielis) formas assumunt ad placitum operantis.

℞.		℞.		℞.		℞.
<i>Camaron</i>	<i>Plamiel</i>	<i>Edriel</i>	10	100	10	100
<i>Astrofiel</i>	<i>Nerostiel</i>	<i>Choriel</i>	10	100	10	100
<i>Penatiel</i>	<i>Emarson</i>	<i>Romiell</i>	10	100	10	100
<i>Demarac</i>	<i>Quirix</i>	<i>Fenosiell</i>	10	100	10	100
<i>Famaras</i>	<i>Sameron</i>	<i>Hamary</i>	10	100	10	100

Hic iam habemus ex spiritibus Berathielis nominatos numero quindecim, quorum 5. per totidem ordines sunt duces, & decem

cem comites, quibus coniuncti sunt famuli ad diversas operationes in secretis magicę 1100. Cum itaq; volueris per aliquem eorum operari in vltima hora diei, obserua dominum ascendentis ipsius horę, & domum duodecimę: & characterem vtriusque cum cæteris necessariis in chartula munda scribe, & in eius dorso istam coniurationem.

Coniuratio.

BErathiel Odriel irfoti rodu dreor rauezo melros ethiel aty no diel hayres penafon. Deinde, præmissis omnibus præmittendis ex more, dic istam coniurationem debito modo: & statim spiritus vocati apparebunt. Tunc potiori committas arcanum, secundum institutionem artis: & fideliter obediet in omnibus.

*Argumentum secreti cuiuscunque ad placitum,
quod occurrit.*

Est nobis amicus procul absens: huic periculũ scimus imminere, quod ipsum latet: auifare illum cupimus, sed ob certas causas in aperto non audemus. Vocamus ergo secundum horam huic operationi deputatos spiritus: arcanum secure commendamus.

Literas, ad placitum formatas, signo spiritus obfirmamus.

OMnis, qui de rebus temporalibus gloriatur, virtuosus nequaquam restat appellandus & qui amat res transitorias, non potest amator esse Iustitię: quoniam Catholica integritas detestatur hominem cupiditatibus inhiantem. Sancta enim religio fidei Christianę mundi amorem interdicit hominibus suis: quoniam qui diligit mundana gaudia, fœlicitatem supernam amittit. Catholicus non Catholicè viuens Christum negasse arguitur: & qui amat res temporales, bonus esse Catholicus non dicitur. Qui creatorẽ amat, gaudia inquirit rerum spiritualium. Christi amator cunctas mundi volupta-

voluptates contemnit, nec curat gloriã, diuitiasque instabiles. Sed mundi amator odit virtutes: de futuris gaudijs nihil curat. Heu quid agitis Christi i ni, vanis rebus intenti? Cogitatis, quæ non sunt honesta, agitisque religioni contraria. Nolite miseri obsecro nolite huius mundi perituras mox vanitates diligere. Curate potius Christum amare, quatenus nos recipiat ad cælestia regna. Ioan. Tritt. Abb.

Cum hanc præscriptam oratiunculam aut quaslibet alias caractere Berathielis obfirmatas susceperit in arte peritus: faciat diligenter omnia quæ præcipiuntur in arte; & dicat coniurationem. Cumque Spiritus, qui sine mora veniens, viderit esse præsentem: dicat ad potiorem, qui coronatus incedit: *Famerusyn melynno alny vemoby dreary drymes charsony.* His dictis, propius accedet Spiritus, dicetque arcanum operanti in aurem fideliter. Sed oportet eum esse constantem, & non timere: quia boni Spiritus sunt, & neminem lædunt in arte bene institutum. Si quis autem imperitorum accedere præsumpserit, non euaderet periculum.

CAP. XIII.

*CVIVS HORA VOCATUR OMALHARIEN,
& angelus eius supremus appellatur Sabrathan, qui habet
sub suo imperio principes, duces, comites &
seruos multos.*

P R I M A hora noctis vocatur Omalharien, & angelus eius appellatur Sabrathan, qui multos alios Spiritus sub se habet, diuersis operationibus magicis deseruientes temporibus & ordinibus suis, sicut testatur Hermes Salomon Iudæus in magicis expertissimus. Ex his ad operationem artis nostræ multi per vices & ordines suos deputati sunt. In primo enim ordine sunt 10. in secundo 20. in tertio 30. in quarto 40. in quinto 500. in sexto 600. in septimo 70.

mo 70. in octauo 80. in nono 90. in decimo 100. Hi omnes in ministerium secretorum mittuntur per vices suas & ordines occultos, de quibus nos nec plenam habemus notitiam, nec loquimur.

℞.		℞.		℞.		℞.
Domaros	Ramesiel	Hayzoym	100	100	100	100
Amerany	Omedriel	Emalon	100	100	100	100
Penoles	Franedac	Turtiel	100	100	100	100
Mardiel	Chrasiel	Quenol	100	100	100	100
Nastul	Dornason	Rymaliel	100	100	100	100

Hic iam habemus ex Spiritibus Sabrathan duces 5. comites 10. nominatos, qui habent sibi per vices & ordines suos deputatos famulos 2000. Cum itaque per istos operari volueris, observa dominum ascendentis, & characterem eius cum cæteris necessarijs in schedam mūdā scribe, & istam coniurationē in dorso.

Coniuratio.

S Abrathan odiel melros rhupis othiā elroz adiel methiel me-
ar nasutiellafian irsoti brestion dreor chamerson. Deinde
præmissis ex more præmittendis, mox vt coniurationem præ-
scriptam dixeris, vocatos Spiritus videbis adesse, cū quibus faci-
to secundum præcepta artis, quodcunque volueris.

Arcanum sit ad placitum.

E Rit arcanum magnum, & arduum secretū, quod noceat pu-
blicatum: & ob id nec literis, nec tabellioni committendum:
sed ministerium Spirituū subeat, qui horæ præfunt, in qua ope-
raris. Non est tutum in leuibus causis aduocare Spiritus: sed v-
bi ministeria humana deficiunt, eorum in
arte requirantur.

Lite-

Literarum tenor sit ad placitum.

Ioannes Tritth. Abb. Spanheim. fratri Nicolao Basselio,
Monacho Hirsaugiensi, cum salute præsentem
dicat orationem,

Omnipotens Deus, Creator excelsus omnium, qui per Christum nos
Christianos redemit, Zelum sui dedit amoris Catholicis, per lumen
fidei credentibus remissionem peccatorum insinuans. Dedit autem liberalis-
sime suum dilectum filium, lumen gratiosum liberare nos omnes credentes
de potestate regis Tartarei luctuosi, destruereque carcerem tenebrosam Za-
bulumque crudelissimum. Quid nos Christiani passionibus Christi reddere
digne poterimus: homines infirmi, sine operibus iustitiæ profitentes Catho-
licam fidem? Orantes itaque deuotissime te redemptorem nostrum summis
laudibus collaudamus, dicentes: laus tibi lumen æternum, omnium Salua-
tor benignissime, qui redemisti nos sanguine tuo. Fragilitatem nostram Zelo
amoris tui confirma. Salua nos dulcissime Iesu Saluator, cordibusque nostris
Zelum fidei Catholice infunde. Sanctus est Zelus tuus: compunctionem o-
peratur in cordibus quærentium te Christe Saluator benignissime. O Lumen
æternum, Iesu dulcissime: illumina tenebras seruorum tuorum bonitate so-
lita. Iesu Saluator æterne salua animas nostras: æterna nobis conferas gau-
dia. Christe audi seruos tuos humiles, & omnibus indulge peccata exoran-
tibus. Saluator salua nos miseros, licet indignissimos. Concede nobis Zelum
bonum humiliter postulantibus, Amen. Scripsimus 18. Calend. Maij.
Anno Domini M D.

Cum acceperit literas is cui mittuntur in arte peritus; obser-
uet & scribat dominum ascendentis illius horæ cum reliquis
in hac arte præceptis: & præmissis præmittendis, dicat præscri-
ptam coniurationem; & statim Spiritus missi visibiles ei appare-
bunt, quos mox ut viderit, dicat ad potiorē ista verba: chameros
burnean aslotiel veat reneas cralty triomy penafon. His di-
ctis, reuelabit arcanum in au-
rem.

CAP.

CVIVS HORA VOCATUR PANEZVR, ET

angelus eius imperator supremus appellatur Tartys, qui habet sub se principes, duces, comites & seruos multos.



SECUNDA hora noctis vocatur Panezur, & angelus eius appellatur Tartys, habēs sub suo imperio principes, duces, comites & subseruitores multos, quos vocatos ad diuersa ministeria operantiū in occultis naturæ secretis per vices & ordines suos mittere consuevit. Ex his duodecim ordines ad nostram scientiam Steganographiæ deputati sunt: qui nobis ad omnem operationem sufficiunt. In primo namque ordine sunt 10. in secundo 20. in tertio 30. in quarto 40. in quinto 50. in sexto 60. in septimo 70. in octauo 80. in nono 90. in decimo 100. in vndecimo 1000. in duodecimo 100000.

Raro tamen contingit, vt per omnes istorum Spirituum fiat operatio, quia non est opus in altioribus occupari: cum infirmi nobis ad omnia copiose sufficiant: nisi quis in arte bene institutus & omnino perfectus omnium præscriptorum ordinum principes videre optaret, & eorum nomina scire: ille posset omnes per ordinem aduocare.

℞.		℞.		℞.		℞.
<i>Almodar</i>	<i>Permaz</i>	<i>Gabrynoz</i>	100	10	100	10
<i>Famoriel</i>	<i>Vameroz</i>	<i>Mercoph</i>	100	10	100	10
<i>Nedroz</i>	<i>Emaryel</i>	<i>Tameriel</i>	100	10	100	10
<i>Ormezyn</i>	<i>Fromezyn</i>	<i>Venomiel</i>	100	10	100	10
<i>Chabriz</i>	<i>Ramaziel</i>	<i>Ienaziel</i>	100	10	100	10
<i>Praxiel</i>	<i>Granozyn</i>	<i>Xemyzin</i>	100	10	100	10

Hic

Hic habemus nominatos ex ducibus Tartys 6. ex comitibus 12. seruos quoque numeratos per vices & ordines distributos 1320. qui nobis ad experimentum artis hac in hora sufficiunt. Et nota quod (secundum Salomonem & Ratielem) omnes isti duces & principes Tartys beneuoli & promptissimi sunt ad obediētiam: & in quacunque forma iussi fuerint apparere, illam libenter assumunt. Cum itaq; volueris in hac scientia operari: obserua dominum ascendentis cum cæteris, quæ præcipimus, diligenter: & scribe omnia, quæ sunt scribenda cum ista coniuratione.

Coniuratio.

T Artys chrybes faziel yrfoti haelnot dreor aduear afy mearo Veny fatu pemerson. Deinde omnibus diligentissime completis, & lecta coniuratione debito modo sicut oportet: spiritus vocati mox aderunt ad Imperium tuum parati.

Arcanum sit, qualecunque nobis occurrit, magnum, arduum.

A Rcanum, quod per spiritus intimare volumus amico, sit qualecunque pro tempore & negotiorum varietate nobis occurrerit: ita vt non sit leue, & tale, quod alias secure nunciari potest.

Ioannes Trittem. Sanctimonialibus in monte Almi Ruperti, Catholicam fidem lucida Virginitate exornantibus, æternam fœlicitatem continuo religionis sanctissimo zelo promereri.

Æ Terni Regis misericordia prouidenter mittimus vobis, multo expectatum tempore, virum magnæ in temporalibus experientia, Iohannem de Raunenstat oriundum, monasterij Violsdorpiensis reuerendum & zelo-

zelosum multo tempore Abbatem, eandemque Abbatiam libere resignantem. Accessi propter eum, sicut vobis promiseram, monasterium Lunapurgense, in quo Christo seruiebat, precibus continuis & sanctarum lectionibus scripturarum occupatus, cum monachis eiusdem monasterii: & petii, ut ad vestrum cœnobium descenderet, temporaliumque rerum suscipere curam, procuratorque fieret & cellarius. Abbas Lymphurgensis instabilitate solita, animo mutatus, dimittere eum ab eo consensum potui. Christo inspirante tandem consensit, licet timide: ideo quod monialibus seruire timeat, quæ leuissime mutantur. Timet non immerito, quoniam sicut nos instruxit experientia, aliquotiens moniales Oeconomis suis reddiderunt pro benefactis non laudabilem mercedem. Fœmineus animus repente mutatur zelo amaritudinis. Christo autem tribuente, scio eum vobis esse utilem. Christianus est, monachus est, saluator est timet, bonique est intellectus. Muliebrem itaque mutabilitatē coercere assuescite, quatenus esse constantes meminertis: suscipientes eum cum sancto honore atque sincera charitate, omnem leuitatem animi muliebris deponentes: maxime cum adiuuare vos, & recuperare statum rerum temporalium vestro in monasterio collapsum possit, auxiliante Christo redemptore, qui zelatur charitatem. Valete. ex Spanh. 17. Calend. Maij. Anno Domini nostri Iesu Christi, M.D.

Cum literas caractere Tarrys insignitas susceperit is cui mittuntur in arte nostra peritus: obseruet dominum ascendentis, & faciat omnia & singula diligentissime, quæ sunt facienda, subiungatque solitam coniurationem: & cum viderit spiritus missos esse præsentis, dicat ad principalem ista verba: Chabor maslotiel tuseuo reneas porean trismeny penarson. Et cum hæc verba cum forti intentione dixerit ad ducem principalem: statim placide accedens reuelabit arcanum.

CAP.

CAP. XV.

CVIVS HORA VOCATVR QVABRION, ET Angelus eius supremus appellatur Serquanich, habens sub Imperio suo principes, duces, comites & famulos multos sine numero.

TERTIA hora noctis appellatur Quabrion, cuius Imperator & Angelus supremus est Serquanich, habens sub suo Imperio principes, duces & comites multos per ordines duodecim, cum multa continua famulorum distinctos. In primo namque ordine sunt 10. in secundo 20. in tertio 30. in quarto 40. in quinto 50. in sexto 60. in septimo 70. in octauo 80. in nono 90. in decimo 100. in vndecimo 1000. in duodecimo 10000. Ex his, de quorum ordine per vices in ministerium diuersorum experimentorum vocantur & mittuntur duces, comites & serui sufficientes.

<i>R.</i>	<i>R.</i>	<i>R.</i>	<i>R.</i>	<i>R.</i>	<i>R.</i>
<i>Menarym</i>	<i>Euanuel</i>	<i>Vanosyr</i>	10	10	100
<i>Chrusiel</i>	<i>Sarmozyn</i>	<i>Lemaron</i>	10	10	100
<i>Penargoz</i>	<i>Haylon</i>	<i>Almonoyz</i>	10	10	100
<i>Amriel</i>	<i>Quabriel</i>	<i>Ianothyel</i>	10	10	100
<i>Demanoz</i>	<i>Thurmytz</i>	<i>Melrotz</i>	10	10	100
<i>Nestoroz</i>	<i>Fronyzen</i>	<i>Xanthyoze</i>	10	10	100

Hic iam nominatos habemus ex spiritibus Serquanich posterioribus duodecim, ex quorum ordine vnū, qui secundum vices suas & ducum & comitum suscipiunt dignitatem. Reliqui sex nunquam mutant officium suum, sed semper sunt duces. Qui vero plurium nomina scire voluerit, facile intentum suum

suum per eos, quos nominauimus, consequi potest. Cum itaque per istos operari volueris, obserua dominum ascendentis & eius characterem cum cæteris necessarijs scribe in chartula munda, & in eius dorso istam coniurationem,

Coniuratio.

S Erquanich osiel theory dreochy amerfoty omear, pornis layr mear penarfon. Deinde subiunctis subiungendis, & lecta coniuratione, spiritus vocati mox aderunt ad obedientiam parati, cum quibus secundam artis præcepta est agendum.

Argumentum secretum.

DE imminente periculo cupimus auisare amicum, sed nos ipsum periculum formidamus, quoniam si nos illum auisasse notaretur: non minori incommodo subiiceretur. Ergo cum nec literis, nec nuncijs sit confidendum: spiritui horę duximus confidendum.

Literarum tenor sit ad placitum.

Ioan. Trittem. Spanh. ordinis Sancti Benedicti
Pastori Ecclesiæ Vallis amygdalarum, Salutem dicit.

DE ecclesiasticis scriptoribus grandē feci Catalogum, quem fraternitati tuæ nuper videndum exhibui: nimisque repente concludens fateor me nonnullos præterisse famosissimos viros: non quod nomini eorū beneficium inuiderem Catalogi, quemadmodū manum pensator tumidus criminatur, verbis stultissimis Catalogum vituperans, qui me existimauit suos homines non memorasse sola ex inuidia, quod est falsissimum. Enimvero conceptionem sanctissimæ genitricis Dei ego scripsi & affirmavi venustissimam semper fuisse sine nauo originalis excessus, quod tumidus pēsator tumide re-
prahen-

prehendere volens, dixit, fulgentissimam virginem reatu originalis noxæ (contra catholicam obseruantiam vanissima temeritate) extitisse maculatam. Temerarium est, beatissimam virginem velle deturpare. Colonienses autem nominatissimi doctores, volentes insani fraterculi opinionem veritati contrariam extirpare, citatum vanas eum fabulas suas reuocare compulerunt: virginem beatissimam asserentes, confirmantes quoque, statuto debere credi mundissimam, nulloque tempore (quantumlibet breuissimo originali fœditati subiactuisse. Tibi hæc, quoniam veritatem amas, scribere volui, quatenus beatissimæ virginis exprobratores deuities. Vale. 10. Cal. Maij. An. Dn. M. D.

Suscipiens autem literas is cui mittuntur in arte peritus, signum principalis Spiritus attendat, vt sciat, quem debeat secundum horæ vices aduocare. Deinde obseruet dominum ascendentis in ipsa hora, qua literas suscipit, cum reliqua dispositione cæli per duodecim domos Zodiaci, nihil obmittens omnino illorum, quæ præcepta sunt. Dicta coniuratione, cum viderit præsentem Spiritum, dicat sequentia verba: chamerusyn maslotiel vean reneas cralty thyrmo venear penarson. His ad Spiritum principalem dictis, propius mox accedet, & commissum sibi arcanum reuelabit in aurem.

CAP. XVI.

CVIUS HORA VOCATUR RAMERZY, ET angelus eius supremus Imperator dicitur Iefischa, qui habet sub Imperio suo principes, duces, comites & ministeriales spiritus multos.



QUARTA hora noctis vocatur Ramerzy, cuius angelus appellatur Iefischa, habens sub suo imperio principes, duces, comites & ministeriales Spiritus multos: qui instar eorum, quos in præcedenti capitulo descripsimus, per vices & ordines duodecim sunt distribu-

ti. In primo namque ordine sunt 10. in secundo 20. in tertio 30. in quarto 40. in quinto 50. in sexto 60. in septimo 70. in octavo 80. in nono 90. in decimo 100. in undecimo 1000. in duodecimo 10000. Et ex his duodecim ordinibus per vices suas Spiritus in ministerium nobis mittuntur in operationibus artis Stegano-graphiæ, de quibus iam aliquos nominabimus.

℞.		℞.		℞.		℞.
Armosiel	Rayziel	Lamediel	10	100	100	1000
Nedruan	Gemezín	Adroziel	10	100	100	1000
Maneyloꝝ	Fremiel	Zodiel	10	100	100	1000
Ormael	Hamayꝝ	Bramiel	10	100	100	1000
Phorsiel	Iapuriel	Coreziel	10	100	100	1000
Rimezyn	Iaspriel	Enatriel	10	100	100	1000

Hic iã habemus ex Spiritus Iefischa duces 6. & comites 12. nominatos, quibus deputati sunt ministeriales 72. 60. qui per vices & ordines suos mittuntur in obsequium operantis in arte. Isti autem principes secundum dictum Salomonis Philosophi sunt multiformes: & quascunque formas iussi fuerint, assumunt. Cum itaque per eos operari volueris in quarta hora noctis, observa dominum ascendentis & totam figuram cœli, & fac omnia secundum quod tibi præcipimus, scribens omnia in schedulã mūdã, & in eius dorso istam coniurationem.

Coniuratio.

IEfischa ofiel mear pathyr lays mean theor dreochis fazan mo-
lab lofeas erfoti breo pornys tayr penarson. Deinde subiunctis
subiungendis, cum dixeris coniurationem ipsam debito modo,
forma & ordine: Spiritus in qua præceperis forma visibiles ap-
parebunt, prompti & voluntarij ad omnia.

Arcanum sit ad placitum.

ARcanum qualecunq; tibi pro tempore occurrit, quod ve-
lis absentẽ in hac hora noctis quarta scire: Spiritib' potes se-
cure

cure committere: modo sit tale, quod nec per literas nec per nū-
cios illi tuto possis intimare. Ea enim, quæ sine periculo vel per
literas vel per nūcios intimare possumus, nequaquam intimare
ministerio Spirituum debemus. Quicumque autē Spiritus ad-
uocare propter res leues & arcana, quæ sine periculo per literas
aut nūcios intimari possunt, temptauerit; sine dubio damnum
& incommodum cum periculo reportabit.

Literarum tenor ad placitum.

Venerabili in Christo patri, Lymphurgensium Oecono-
mo, religioso domino, Ioanni **Weißdorffen** nuncu-
pato, Ioannes Ouilis Spanheimensis humilis
Abbas, gaudia Cælo-
rum.

Moniales Sancti Ruperti te gubernatorem suum nimia auaritia cōcu-
piscunt, teque humili rogant beneuolentia, quatenus rerum tempora-
liū gubernationem ipsius monasterii suscipias. Seruire deuotis Christi vir-
ginibus, laudabile est atque meritorium. Bonum habes rerum Spiritualium
eiusdem Cænobii nominatissimumque visitatorē te maximo honore com-
plectentem: grauem moribus, ornatam virtutibus, consilio cautum, omnib.
dilectum, conuersatione monastica religionis bene famatum, & cunctis ho-
minibus notabilem (quæ vita merito Christo est gratissima) monasterii san-
cti Ioannis optimum Abbatem. Literis tam Christianorum quam genti-
lium eruditissimus studiosissimus, doctissimusque est, qui cunctorum homi-
num sapientiam procul notabiliter excedit. Gregem sibi creditū optime no-
uit regere: Zelosusque virginum Christi custos est, quarū claustrum seruat
firmissime. Non timeas sub eo tam honestis seruire monialibus, qui nouit
sponsas Christi secundum legem monasticam optima discretione gubernare:
qui virtute & Zelo fidei Christianæ tibi libenter in necessitate subueniet.
Hunc virū tā clarum benignumq; pastorē cū habeas familiarē: rogo guber-
naculū tā religiosarū virginū libenter assumas. Laborē tuū Christus eter-
nis gau-

nis gau-

nis gaudiis remunerabit. Monialium Sponsus, tutor & benignissimus remunerator concedat tibi Zelo bono zelari meliora. Vale. ex Spanh. 15. Cal. Maij. Anno M. D.

Cū literas caractere Iefischa insignitas susceperitis cui mittuntur in arte peritus; obseruet in primis dominum ascendentis illius horæ cum tota figura cæli, & describat eam in schedulam mundam, & in eius dorso coniurationem præscriptam, quam cum, præmissis præmittendis, dixerit, & Spiritus missos ad se præsentem astare viderit: dicat ad potiorem in ordine sic: chamersin aphroys aslotiel mean reneas veart tryamo cralti penafon. His rite ad principalem Spiritum dictis, ipse accedet propius, & arcanum sibi commissum in aurem illius reuelabit.

C A P. XVII.

CVIVS HORA VOCATUR SANAYFAR, ET angelus eius supremus imperator dictus est Abasdarhon, qui habet sub suo dominio duces, comites & famulos multos.



QVINTA hora noctis vocatur Sanayfar, cuius angelus primus & supremus imperator dictus est Abasdarhon, qui habet sub suo dominio principes, duces, comites & ministeriales multos per ordines & vices duodecim instar priorum distributos: quos in ministerium diversarum artium & experimentorum ad operatores rite institutos mittere consuevit. In primo ordine sunt 10. in secundo 20. in tertio 30. in quarto 40. in quinto 50. in sexto 60. in septimo 70. in octavo 80. in nono 90. in decimo 100. in vndecimo 1000. in duodecimo 100000. Et per hos fit omnis operatio Steganographiæ in quinta hora noctis.

℞.		℞.		℞.		℞.
Meniel	Gemarii	Barmas	100	100	100	100
Charaby	Vanescor	Platiel	100	100	100	100
Appiniel	Sameryn	Neszomy	100	100	100	100
Deinatꝛ	Xantropy	Quesdor	100	100	100	100
Nechorym	Herphatꝛ	Carematꝛ	100	100	100	100
Hameriel	Chrymas	Vmariel	100	100	100	100
Vulcaniel	Patrozyn	Kralym	100	100	100	100
Samelon	Nameton	Habalon	100	100	100	100

Hic iam habemus ex spiritibus Abasdarhon nominatos 24. quorum primi duodecim in ordinibus suis sunt duces, reliqui vero 12 sunt comites: & sunt de quolibet ordine duo, videlicet vnus dux & vnus comes. Habemus deputatos ministeriales 3200. quibus per vices in diuersis operationibus magicis vtuntur. Dicunt autem Salomon & Raziël, sapientes & in magicis expertissimi, quod principes Abasdarhon apparere solent, in quacunque forma iussi fuerint ab eo qui operatur: quod cum frequenter simus experti, veritate subnixum fatemur. Cum itaque volueris per ipsos in Steganographia operari in quinta hora noctis: obserua dominum ascendentis, & tam ipsum, quam totam dispositionem Cæli in schedula munda conscribere cum cæteris quæ docuimus, & in eius dorso istam coniurationem,

Coniuratio.

ABasdarhon morca lasias tharuean buel dreschin tayr moab erfoty layr pornys theori mean asar penafon. Subiunctis deinde subiungendis, mox, vt ipsam coniurationem dixeris, apparebunt tibi spiritus, quos vocasti, parati ad omnia quæ præceperis eis.

S

Argu-

ARcanum quodcunque habueris, quod alioquin sine periculo amico notum facere procul aut prope existenti nō vales, potiori ex spiritibus eo ritu & forma committe, quibus secundum artem oportet, nihil metuens: quia beneuoli & fideles sunt.

Literæ formentur ad placitum.

Fides Catholica neminem saluat, qui ardorem diuini amoris contemnit. Credere & Zelum amoris diuini non habere, nihil omnino conducit redemptioni animæ. Plures autem inueniuntur nunc homines fide gloriantes Catholica, sed pauci habent fidei Christianæ opera: sed ociosa fides moritur. Credunt multi, sed mandata Dei paucissimi obseruant. Heu zelus credentium debilis: quo habere fortiores homines etiam increduli possunt, habentque complures. Pænis cruciabantur Inferni gentiles hominesq; qui non credunt saluatorem nostrum hominem factum omnipotentis filium. Excruciabantur autem suppliciis grauioribus omnes, qui credunt in mundum venisse Dei filium, hominemque factum zelo redemptionis humanæ: sed Christianam fidem sanctis operibus minime exornant: peccatisque semper inuoluti mundi honores æternæ beatitudini præferunt, zelantes impias actiones, fideique puritatem prauis moribus contra obedientiam maculantes. Amatores autem Dei qui habent rectum Christianæ fidei zelum, Deo nihil præferunt, Christum imitantur, peccata fugiunt, diuitias mundi honoresque contemnunt. Nunc ergo intendite sermonibus his qui de fide gloriamini, amate Deum: & habebitis mercedem beatitudinis iustitiam zelantes. Si amaueritis vanitates seculi contra honorem Dei, brauium recipietis zelantium iniquitatem, horrores inferni. Scripsi 15. Calend. Maij, Anno Domini M.D.

Cum literas caractere Abasdarhon consignatas susceperit is cui mittuntur in arte peritus: mox dominum ascendens, & totam cæli dispositionem consideret, obseruet & scribat cum tenore coniurationis & aliis necessarijs in schedulam mundam: subiunctisque subiungendis, & dicta coniuratione, cum vide-
rit

rit spiritus missos sibi astātes, dicat ad potiorem ista verba: Chameron massotiel taseuij renean pornas thilmuij penafon. Quibus dictis, mox accedet propius, & commissum sibi arcanum fideliter reuelabit in aurem operantis.

CAP. XVIII.

*CVIVS HORA VOCATUR THAAZARON, ET
Angelus eius appellatur Zaazenach, multis præ-
sicens spiritibus.*

SEXTA hora noctis appellatur Thaazoron, & nomen Angeli eius est Zaazenach, qui habet sub Imperio suo principes & duces, comites & ministeriales pene innumerabiles, qui diuersis operationibus magicis præfunt per vices & ordines suos. In primo ordine sunt 10. in secundo 20. in tertio 30. in quarto 40. in quinto 50. in sexto 60. in septimo 70. in octauo 80. in nono 90. in decimo 100. in vndecimo 1000. in duodecimo 10000. Cum autem eos volueris vocare, in quacunque specie tibi placuerit, prompti sunt & omnino obedientes, sicut testantur prædicti sapientes, & nos sumus experti.

℞.		℞.		℞.		℞.
Amonazii	Tuberiel	Pammon	100	100	100	10
Menoriel	Humaziel	Dracon	100	100	100	10
Prenostix	Lanoziel	Gematz	100	100	100	10
Namedor	Lamerotz	Enariel	100	100	100	10
Cherastiel	Xerphiel	Rudefor	100	100	100	10
Dramaz	Zeziel	Sarmon	100	100	100	10

Hic iam habemus ex duodecim ordinibus spirituum Zaazenach duces 12. & comites 6. nominatos cum seruis suis,

rite per ordinem deputatos numero 1860. qui nobis in hora noctis sexta ad omnem operationem Steganographiæ sufficiunt abunde. Cum ergo in hac hora noctis operari volueris, observa dominum ascendentis: & tam ipsum, quam totam cœli dispositionem, cum cæteris necessariis scribe in schedulam mundam & coniurationem.

Coniuratio.

ZAazeuach eneos fari neabdiel lasmy chyrmean erfoty layr pornys theor meã penason. Deinde subiunctis **Te** subiungendis, & dicta coniuratione, spiritus vocati sine mora placidi & beneuoli apparebunt, ad omnia parati.

Argumentum secreti cuiuscunque occurrentis.

ARcanum qualecunque nobis occurrit, quod neq; per nuncios, neq; per literas amico tuto intimare possumus: in hora noctis sexta vni ex præscriptis ducibus, vel etiam comitibus, si dux non affuerit, quod sæpe contingere potest, committamus eo modo ac ordine, quibus in hac arte extat præceptum, nihil omnino metuentes: quia omnes boni & fideles sunt in cunctis, quæ eis per operantem commissa fuerint, nihilque obmittunt.

Tenor literarum ponatur ad placitum operantis, vel negocij præsentis.

Ioan. Trittem. Abb. Spanh. Adę fullonis ex solitaria artium & philosophiæ doctori salutem & charitatem.

Memor esto promissionis tuæ, quam Christo suscipiens Catholicam fidem voto solenni obtulisti. *Æterna letitia, quibus est promissa? Penitenti-*
bus, an

bus an sordidis? Sine dubio promittitur temporales voluptates & gaudia presentis vitæ intuitu aeternæ quietis futura contemnentibus, æternumque Deum amantibus. Amatoribus Dei nouimus præmia optima esse promissa: sed amatoribus mundi, Christianisq; reprobis Deus præparauit amarissimas pœnas inferni. Qui fidem habet; sed habere diuinum amorem negligit, infidelis est; de fide quoq; frustra præsumit. Diuini Zelator amoris, qui Christianam fidem deuotis ac bonis operibus quotidie exornare non desinit: exercitans se humiliter in artibus pietatis. Vale. 14. Cal. Maij. Anno Domin. incar. M D.

Cum literas acceperit, caractere Spiritus horæ consignatas, is cui mittuntur in arte peritus: obseruata in primis figura cœli, ipsam cum reliquis necessarijs conscribat: ac deinde completis omnibus quæ ad operationem pertinent, dictaque coniuratione præscripta, cū Spiritus apparuerit visibilis, dicat: Chamerufi ferion notiel aseuomy rean, badian, laso leat veobry hastor pe fon. His dictis, Spiritus reuelabit arcanum sibi commillum fideliter & secretissime operanti in aurem.

CAP. XIX.

CVIUS HORA VOCATUR VENAYDOR, ET angelus eius appellatur Mendrion, habens sub imperio principes, duces, comites & ministeriales pene innumerabiles.

S EPTIMA hora vocatur Venaydor, cuius angelus & supremus Spiritus dicitur Mendrion, qui habet sub suo imperio multos alios Spiritus, tanquam principes, duces, comites & ministeriales; qui ad diuersas operationes in magicis sunt deputati. Ex his ad Steganographiam & eius operationes in septima hora noctis deputati sunt per vices & ordines suos principes, duces & comites cum seruatoribus suis multi numero. In primo ordine sunt 10. in secundo 20. in tertio 30. in quarto 40. in quinto 50. in sexto 60. in septimo 70.

S 3

in octa-

in octavo 80. in nono 90. in decimo 100. in vndecimo 1000. in duodecimo 100000. Hi omnes per vices vocantur & veniunt ad operationem.

℞.		℞.		℞.		℞.
<i>Ammiel</i>	<i>Ventariel</i>	<i>Rayziel</i>	10	100	100	100
<i>Choriel</i>	<i>Zachariel</i>	<i>Tarmytz</i>	10	100	100	100
<i>Genarytz</i>	<i>Dubraz</i>	<i>Anapion</i>	10	100	100	100
<i>Pandroz</i>	<i>Marchiel</i>	<i>Imonyel</i>	10	100	100	100
<i>Menefiel</i>	<i>Jonadriel</i>	<i>Framoth</i>	10	100	100	100
<i>Sameriel</i>	<i>Pemoniel</i>	<i>Machmag</i>	10	100	100	100

Hic habemus ex duodecim ordinibus Spirituum supremi angeli horæ septimæ noctis Mendrion duces 12. & comites 6. qui nobis hac vice ad omnem operationem sufficiunt cum subseruitoribus suis. Veniunt autem Spiritus isti, vt Hermes Hebræus & Raziel Arabs testantur, in quacunque forma iussi fuerint ab eo, qui secundum artem operatur. Qui autem non fuerit in arte nostra perfectus: non obedientiam, sed periculum & incommodum reportabit, si ad operandum accesserit. Tu autem cū in septima hora noctis aliquid per istos Spiritus operari volueris; obserua dominum ascendentis, & totius cœli figuram, quam cum reliquis in arte præceptis scribas in charta munda, inq; eius dorso istam coniurationem:

Coniuratio.

MEndriō suriaco breotnirus ersoy neuo, omeat nyco lays er-
sota theory pornys Azā meā lafias astopenafon. Deinde sub
iūctis subiūgēdis, dictaq; coniuratione sicut oportet: statim
Spiritus vocati apparebunt tibi ad omnia
parati.

Arca-

Arcanum sit qualecunque.

DE nunciando arcano prope vel procul absenti amico in hac arte spirituū antea perito, parum refert, quale sit: modo nō sit leue aut tale, quod alioquin per nuncios aut literas tuto nunciari potuisset. Literarum etiam non est nobis cura, quales sint: modo characterem angeliprincipalis horę illius, in qua sit operatic, habeant: & nullum omnino secretum.

Formemus literas ad placitum.

Ioannes Tritthemius Abbas Nicolao Basselio monacho S. D. & hanc diui Nicolai orationem transmittit.

Omnium rerum conditor, reformator & factor creauit primū hominem Adam, cui uxorem coniunxit pulcherrimam nomine Euam, omnium viuentiū matrem: Catholicā Ecclesiam præfigurans coniungendam pastoribus moribus rectitudinis pulchre resurgentem, parituramque bonorū filios operum homines qui regna cælorum sine fine mansura humilitate percipiunt. Redemit nos Christus per benignitatē suam humilians se propter nos. Oportet itaque benignissimum nos amare, qui nobis fidem dedit Catholicam: quam amātes veraciter fælicitatem angelicam iure obtinebunt. Omnes ergo conditorē nostrū omnipotentē, vera religione conuersantes Catholiceque viuentes, quotidie honoremus. Domine Iesu, benignissime saluator, qui nos omnes misericorditer redemisti de barathro mortis, fragilitatem & infirmitatem nostram benigne attendens, Catholice nos fidei conforma: quatenus post transitoriam vitam requiem aternæ consolationis & fælicitatis perpetuo habere mereamur, Amen 14. Cal. Maij, An. Domini M. D.

Cum has literas consignatas characterē Mendrionis acceperit is cui mittuntur in arte nostra peritus: obseruet dominum ascendentis: & tam ipsum, quam totā dispositionem cæli scribat in sche-

in sche-

in schedulam mundam, & in eius dorso coniurationem. Deinde subiunctis omnibus subiungendis, & dicto carmine, mox, ut Spiritus sibi aflare viderit, dicat ad priorem hæc verba: Chamberutyn merion nodiel burmy raueto badria lauepo elay reas penafon.

Cum hæc verba insonuerit ad eum, qui inter cæteros spiritus apparet esse præstantior: mox ille placide accedens commissum sibi reuelabit arcanum.

C A P. XX.

*CVIVS HORA VOCATUR XYMALIM, ET
angelus eius imperator supremus appellatur Narcoriel, ha-
bens sub se principes, duces, comites &
seruos.*

QUARTA hora noctis vocatur Xymalim, & angelus eius Imperator primus & supremus appellatur Narcoriel, qui habet sub imperio suo multos Spiritus alios, principes, duces, comites & ministeriales: qui per ordines suos ad diuersos effectus vocantur ab ijs, qui in secretis philosophiæ operantur. Et ex his omnibus duodecim sunt ordines eorum qui Steganographiæ deseruiunt. In primo ordine sunt 10. in secundo 20. in tertio 30. in quarto 40. in quinto 50. in sexto 60. in septimo 70. in octauo 80. in nono 90. in decimo 100. in vndecimo 1000. in duodecimo 10000. Hi omnes ita ordines obseruant suos, ut nemo tuto per eos possit operari, nisi fuerit in omnibus ad plenum institutus. Quisquis enim non obseruat debitum ordinem: & seipsum exponit periculo, & optato frustrabitur effectu.

X.		X.		X.		X.
Cambiel	Amelzon	Xanoryz	100	100	1000	1000
Nedarym	Lemozar	Iastrion	100	100	1000	1000
Astrocon	Xernisiel	Themaꝛ	100	100	1000	1000
Marisiel	Kanorsiel	Hobrazym	100	100	1000	1000
Dramozyn	Bufanotꝛ	Zymeloꝛ	100	100	1000	1000
Lustifion	Iamedroꝛ	Gamsiel	100	100	1000	1000

Hic iam habemus nominatos duces 12. & comites 6. per omnes duodecim ordines occulta dispositione constitutos, qui habent sub se ministeriales numeratos XIII. & CC. qui nobis ad omnem operationem octauæ horæ noctis sufficiunt. Cum itaq; per eos in Steganographia octaua hora noctis operari volueris: obserua dominum ascendentis, & tam ipsum quam totam dispositionem Cæli in chartam mundam scribe, & in eius dorso cum cæteris ex more consuetis istam coniurationem.

Coniuratio.

NArconiel aples pornya nauelo meas. Triome ilneas azyfan lasias my bression erfoti penafon. Deinde subiunctis ex more subiungendis, & dicta coniuratione, spiritus vocati aderunt in ea forma, quam eis sumendâ præceperis, ad omnia prompti.

Argumentum secretum.

ARcanum, quod volumus scire amicum procul absentem, si nec literis cōfidimus nec tabellionibus: in octaua hora noctis potiori ex spiritibus Narcorielis committamus, nihil omnino metuentes, quoniam omnes fideles sunt, & ad obedientiam paratissimi.

STEGANOGRAPHIAE
Literas formemus ad placitum.

O Benignissime Iesu, gratias ago pietati tuae sanctissima, qui sanguine tuo genus humanum patri caelesti reconciliasti, pendens eleuatus in Cruce miserabiliter. Floridam nobilissimi corporis iuuentutem propter nos vulneribus duris subdidisti, ut hominem uiuificares mortuum. Gratias igitur, quas possumus, redemptori nostro Catholici agamus: gementes & laudantes memoriam passionis more Christiano saluatoris generis nostri recolendo. Miserere mei clementissime Iesu, clementiae fons, pietatis abyssus, gloria sanctorum, lumen supernorum ciuium: tuique sanctissimi amoris suauissimum mihi gustum infunde. Erue me ex omnibus calamitatibus meis. Da mihi cordis veram letitiam, ut exultem in laudibus tuis, glorificans te: quoniam dolore vulnerum tuorum sanasti me. Quid retribuam clementiae tuae, Redemptor meus, uiuificator meus? Compatior tuis laboribus lachrymisque feruentibus, & sanctissimis vulneribus corporis tui benedicens. Saluator benignissime Iesu gratias immortales ago, indulgentiam facinorum postulans. Anno Domini M. D. 13. Kal. Maij. scripsi hanc orationem *εγω Ιωαννης αγιτης*.

Cum literas, qualescunque fuerint, caractere Narcoricellis consignatas, acceperit is cui mittuntur in arte peritus: dominum ascendens eadem hora obseruet, & tam ipsum, quam totam caeli dispositionem, cum reliquis scribat in schedula munda, subiunctisque omnibus necessariis ex more, & dicta coniuratione, cum viderit sibi astare spiritus, dicat ad potiolem ista verba: Medaro Caslotiel va reneas thasny thyrmom thea penafon.

His dictis secundum huius artis institutionem, mox spiritus principalis accedet propius, & arcanum verbum indicabit.

CAP. XXI.

*CVIVS HORA VOCATUR ZESCHAR, ET
spiritus eius appellatur Pamiel, multos sub se habens
principes.*

NON A hora noctis vocatur Zeschar, & Angelus eius supremus Imperator appellatur Pamiel: qui habet more præcedentium sub Imperio suo multos alios spiritus, bonos & malos, principes, duces & comites & ministeriales per vices & ordines eius deputatos. In primo namq; ordine sunt 10. in secundo 20. in tertio 30. in quarto 40. in quinto 50. in sexto 60. in septimo 70. in octavo 80. in nono 90. in decimo 100. in vndecimo 1000. in duodecimo 100000. Nos autem in operationibus Steganographiæ non indigemus his omnibus, cum pauci nobis sufficiant.

<i>℞.</i>		<i>℞.</i>		<i>℞.</i>		<i>℞.</i>
<i>Demaor</i>	<i>Comary</i>	<i>Befranzaj</i>	<i>10</i>	<i>100</i>	<i>10</i>	<i>100</i>
<i>Nameal</i>	<i>Matiel</i>	<i>Iachoroz</i>	<i>10</i>	<i>100</i>	<i>10</i>	<i>100</i>
<i>Adrapon</i>	<i>Zenoroz</i>	<i>Xanthir</i>	<i>10</i>	<i>100</i>	<i>10</i>	<i>100</i>
<i>Cbermel</i>	<i>Brandiel</i>	<i>Armapy</i>	<i>10</i>	<i>100</i>	<i>10</i>	<i>100</i>
<i>Fenadroz</i>	<i>Euandiel</i>	<i>Druchas</i>	<i>10</i>	<i>100</i>	<i>10</i>	<i>100</i>
<i>Vemasiel</i>	<i>Tameriel</i>	<i>Sardiel</i>	<i>10</i>	<i>100</i>	<i>10</i>	<i>100</i>

Hic iam habemus ex spiritibus Pamielis 18. principes: qui per vices suas aliquando sunt duces, aliquando comites: quorum ordines qui nescierit, frustra in hac arte laborabit. Ministros sibi habent deputatos per vices & momenta horæ 1320. cum quibus operantur mirandos effectus. Cum itaque per eos in nona hora noctis operari in Steganographia volueris, observa dominum ascendentis eiusdem horæ, ac totam figuram cæli: & scribe omnia in charta munda, & in dorso ipsius chartulæ istam coniurationem.

Coniuratio.

P Amyel lyraz lafian mauelo breothis thirmoã crsoti layr por-
nis theory moarazar, penafon. Deinde completis omnibus
quæ præcipiuntur in arte, dic ipsam coniurationem, diligentif-
sime præcauens, ne aliquid obmittas eorum, quæ ad perfectio-
nem operationis requiruntur. Dicta autem coniuratione, statim
spiritus nominati visibiles apparebunt in ea forma, quam eis, vt
induerent, præcepisti. Sunt enim omnes, quos nominauimus,
beneuoli, boni, prompti, & ad obedientiam rite operantis volun-
tarij, & in commissis fideles.

Argumentum Secretorum.

A Rcanũ, quodcunque nobis occurrit; quod alioquin neque
per literas neque per nuncios tuto possumus notum facere
amico, primo inter spiritus nobis apparentes committimus,
& securi sumus. Potior autem inter alios habitu & corona dis-
cernitur.

Literæ formentur ad placitum.

V Lulate mortales qui nunc ridetis: benignitatemque nostri gloriosi re-
demptoris grauissimis peccatis horrẽdisque sceleribus multipliciter in-
gratissime spreuistis. Ecce Turcus, Christianorum letalis inimicus, ab Vnga-
ria mouebit exercitum, trucidabit homines more bestiarũ. Transiit Danu-
bium truculentus & zelo impietatis quasi igne succensus. Propterea lu-
gete miserimi, horrenda cade morituri, in zelo amaritudinis moriemi-
ni, quia comprehendent vos delicta vestra. Leges Dei redemptoris vestri
benignissimi coniepsistis. Propterea hostibus trademini crudelissimis, qui
deuorabunt vos quasi locustas. Auditum percepimus, quam crudeliter Tur-
cus Vngariam, Bohemiam, Poloniamque inuasit: ciuitates destruxit vali-
dissimas: mulieres virginesque consecratas Deo, zelo sanctitatis tenentes
castitatem, turpissime stuprauit horribiliter mactans Catholicos quoscun-
que homines, instar bestiarum crudelium grassans ubique. Crudelitatem
eius

eius horribilem in breui sentietis : Germaniam enim subito turbabit suo exercitu bellicosissimo nisi generalis principum defensio sine mora resistat. Gementes igitur humilitatem assumite: mores emendate: cum lachrymis Deum orate, quatenus vobis concedat remissionem delictorum, & liberet nos ab inimicis qui nostrum sanguinem maxime sitiunt. Scripsi 13. Calend. Maij. Anno Domini M.D. Ioan. Trittemius.

Literas vel istas, vel alias quascunque signo Pamjelis firmata, suscipiens is cui mittuntur in arte peritus, obseruet & scribat dominum ascendentis, & totam cæli figuram sicut præcepimus in charta munda, faciatque omnia & singula quæ sunt secundum artem facienda: & dicta coniuratione, cum viderit spiritus missos astate visibiliter, dicat ad potiorem: Chasmeron apornys veto mean ilno vean aplois cralta ilso pamerson. His dictis ad principalem, statim accedet propius, & arcanum sibi commissum in aurem sensibilibiter reuelabit.

CAP. XXII.

*CVIVS HORA VOCATUR MALCHO, ET
Angelus eius Imperator appellatur Iasguarim, qui habet
sub suo Imperio principes, duces & comites &
ministros plures.*

DE CIMA hora noctis vocatur Malcho, & Imperator eius Angelus supremus appellatur Iasguarim, qui habet sub suo imperio principes multos, duces, comites & ministeriales, mirandis & diuersis operationibus magicis deputatos: quemadmodum Salomon cognomento Hermes in suo secreto Magicæ testatur. Ad Steganographiam per vices & ordines suos deputati sunt duces

100, & comites 100. ministeriales mul-

ti, vt:

<i>R.</i>		<i>R.</i>		<i>R.</i>		<i>R.</i>
<i>Lapheriel</i>	<i>Chameray</i>	30	10	100	100	300
<i>Emarziel</i>	<i>Hazaniel</i>	30	10	100	100	300
<i>Nameroyz</i>	<i>Vraniel</i>	30	10	100	100	300

Quamuis autem multi sunt duces & comites ad operationē Steganographiæ in decima hora noctis deputati : tamen cum nobis pauci ad omnia sufficiant; ex ducibus tres, & ex comitibus similiter tres nominatim posuimus in hac tabula : subijcien-tes numerum seruatorum eorundem per vices & ordines legitime distributum. Qui autē plurium nomina scire voluerit, aduocet vnum ex prædictis, & interroget eum de singulis. Cum vero per istos spiritus operari volueris in decima hora noctis : obserua & fac vniuersa, quæ præcepta sunt, diligentissime scribens omnia in schedula munda, & in eius dorso istam coniurationem, eo modo, quo præceptum est.

Coniuratio.

IAsguarim apornys vesale moes labiel throe. Tadrys asiel cachylos thubla naillo thirmiel veat. Turiel cralty solmys aslotiel naemies renhar, veat thirmo cralnoti saon dremion lauiel odres, notiel pornys. Pornis mear moab sayr aslotiel lo raytu lian aseuo, Bian eory churio bays astropenafon. Deinde subiunctis subiungendis, & dicta coniuratione, sicut oportet : mox Spiritus vocati astabunt.

Arcani cuiuscunque intentio.

Sit arcanum quodcunque. Cum illud per literas & nuncios notificare non potes amico prope vel procul existenti: vocatum vnum aut duos ex spiritibus lasguarim tabellarios constitue tuos: committe arcanum, nihil dubitans.

Lite.

Literæ formentur ad placitum.

Hæc est prophetia Nicolai Basselii Irbusiensis S. Episcopi, quam vidit in Spiritu. Et dixit: Hæc dicit Dominus pastoribus Ecclesiarum. Cito peribitis, quoniã calamitas maxima vestrum dominium latum dissipabit, totamq; Europam resperget. Væ Ismaelitis, qui tabernaculi fœdera rumpunt: quoniam liuore & temeritate pasoua rapiunt. Ecce rumpetur dominium, quod habetis, nisi pœnitentiam ampliozem acceleretis: trademiniq; dilacerandi. Heu tota Ecclesia respersa est pessimis moribus: simulatio inuasit ministros eius: fugite, nolite respicere desolabimini, eritisq; tractus canibus: totam terram respergent sanguine. Querite pœnitentiam habitatores terræ. Benjamin adolescentulus turbationes experietur. Væ habitatoribus Genesarethi, quæ est Europa: quoniam propter multitudinem peccatorum suorum peribunt sub manibus Bulgarorum. Explicit propheta Nicol. Epis. Ir. 12. Cal. Mai).

Cum literas qualescunque signo lasguarum pra notatas acceperitis cui mittuntur in arte peritus: faciat omnia, quæ secundum artem præcipiuntur, & obseruet ordinem planetarum, scribatq; scribendæ. Et dicta coniuratione supra scripta: mox, vt Spiritus apparuerint missi, dicat ad priorem inter eos: Chamerus in othriel arnotiel solais elty. Naeles pro y veat sato cralnoti, penafon. His dictis, statim accedens spiritus commissum sibi nuncium fideliter ac placide reuelabit.

CAP. XXIII.

CVIUS HORA VOCATUR AALACHO, ET angelus eius supremus Imperator appellatur Dardariel: qui habet sub suo imperio duces, comites & spiritus multos.



NDECIMA hora noctis vocatur Aalacho, & Spiritus eius imperator supremus appellatur Dardariel, habens sub suo imperio multos potentissimos principes & duces: qui præsunt comitibus

& mini-

& ministerialibus pene infinitis. Sunt autem ipsi duces supra modum beneuoli, hilares & iucundi: & delectantur conuersari cum hominibus. Suntque operantibus in arte bene institutis obedientissimi. Et nota, quod ducū istorum infinitus est numerus quia pene totus aer repletus est: & numerari non possunt. Dicit autē Salomon Hermes: & nos sumus experti, quod inter duces, comites & ministeriales Spiritus Dardarielis multi sunt boni, utiles & honestissimi, qui hominibus semper prodesse cupiunt, cohortantes eos semper quodā inuisibili magisterio ad bonum, ad honestatē, pacem, concordia, ad integritatem fidei, ad amorem Dei, & obseruantiam mādatorum eius, ad contemptū mundi, ad supernæ fœlicitatis desiderium, & ad omne bonum. Isti sunt boni & sanctissimi Spiritus, qui Deum amant, venerantur & habent, qui delectantur esse cum hominibus sanctis & Deum timentibus, quia sunt eis protectores deputati à Deo Creatore omnium. Alij autem sunt mali & pessimi apostatæ à Deo, omnium bonorum inimici, qui continue temptant mortales, & insidiantur hominibus. Et quicquid boni Spiritus ad honorē Dei instituunt, hoc isti semper destruere & reuocare conātur. Et aer istis malignis Spiritibus plenus est: inter homines currunt & discurrunt inuisibiliter, semper incitantes eos ad malum: & incautos secum trahunt ad Infernum. Per istos malos Spiritus Dardarielis fiunt infinita maleficia, non solum apud Christianos, sed etiā apud infideles: & maxime decipiunt mulierculas ad malitiam promptiores. Et quicumq; per eos maleficijs insistere voluerint, erunt in malis super omnes alios maleficos potentes & æterno incendio digni. Nos autem qui non malum, sed bonum & docere & operari semper pro viribus cupimus; non ex malis, sed ex bonis Spiritibus duces nobis nuncios paucos ponamus.

X.	X.	X.	X.	X.	X.	X.
Cardiel	Mafriel	Nermas	10	20	00	20 10
Permon	Hariaꝛ	Druchas	10	20	00	20 10
Armiel	Damar	Carman	10	20	00	20 10
Nastoriel	Alachuc	Elamyꝛ	10	20	00	20 10
Casmiroz	Emeriel	Iatroꝛiel	10	20	00	20 10
Dameriel	Naueroꝛ	Lamersy	10	20	00	20 10
Furamiel	Alaphar	Hamarytꝛ	10	20	00	20 10

Ex bonis itaque spiritibus Dardarielis duces hic nominauimus quatuordecim, & comites septem, qui nobis ad omnem operationem Steganographiæ pro vndecima hora noctis sufficiunt cum seruatoribus eorum multis & pene infinitis. Cum itaque per aliquem vel aliquos eorum operari volueris: fac omnia quæ sunt in arte Steganographiæ præcepta: & postquam compleueris omnia, dic istam coniurationem cum attentione.

Coniuratio.

Dardariel pirno nadeuym pornis melto, nachir pheon pliros euali estafri thyrmano, Oniel maniel, vear raby cralno-ri Vemy Throe orbasiel asar rauean. Purgiel near iano masiel arlay. Naseui myrsof modias merchul noti penafon. Hac coniuratione completa cum attentione debita, spiritus vocati cum beneuolentia astabunt.

Arcanum committendum.

Omnes supra dicti duces & comites, boni & fideles sunt, nemini omnino nocentes, qui Deum amat in veritate. Ergo committe eis, quicquid in II. hora noctis nunciare volueris amico prope vel procul absenti, nihil hæsitans secundum artem.

Ioan. Trittem. Abb. Span. Cornelio Gyrardi
Gaudensi, Canonico Diui Augusti
prope Leidis, S. D.

Dominus noster Iesus Christus, mitissimus animarum nostrarum saluator, promisit nobis fœlicitatem aeterna consolationis, si mandata eius puro semper corde obseruemus. Tu ergo charissime frater custodi mandata Dei & sancta regula, diligenter: quia nisi omnia usque ad mortem inuiolata seruaueris, quae omnipotens Deus tibi mandauit: morte peribis aeterna. Idcirco tradidi tibi formam & legem religiosae & sanctae conuersationis. Caue igitur diligenter, ne cor tuum per amoris desiderium alicui creaturae mortali dederis possidendum: quia nemo venit ad illa suprema gaudia, nisi qui mundum pro Deo contemnit. Iterum ergo per has meas literas te hortor, ut amicum charissimum: monitiones meas, quas feceram, obserues tibi. Me enim fœlicem existimo, cū scripsero aliquid boni isto sacro tempore maxime ad aedificandum de modo bene viuendi, quo te semper melior efficiaris. Idcirco nunc iterum tibi scribo in bonum tuum: quia non minus periculum tuum, quam meum timeo. Sed oro: semper vigila, in timore Dei proficiens quotidie, & viuens innocenter, nulli nocens, in sancto quoque proposito omnino perseuerans. Non confidas tempori, non fortuna, nō aetati: quia nihil sunt, nisi fumus. Reuera ego te diligo sincere in Christo Iesu orans, ut ipsemet tibi quoque sim dilectus, disponat. & qui absens sum tibi corpore, praesens semper in spiritu existam. Vnde cum tui memoriā iugiter habeam in orationibus meis: ne tu mei obliuiscaris, te vehementer oro. Vale. 12. Calend. Maij. Anno

M. D.

CAP.

CAP. XXIV.

CVIVS HORA VOCATVR XEPHAN, ET
Angelus eius supremus Imperator dictus est Sarandiel: habens
sub se principes, duces, comites & seruos
multos.

DVODECIMA hora noctis, quæ contingit auroram, vocatur Xephan, & Angelus eius appellatus est Sarandiel: qui habet sub suo imperio multos spiritus, bonos & malos, principes, duces, comites & ministeriales: qui sunt diuersis operationibus deputati: boni bonis, & mali malis. Isti principes (vt dicit Hermes Hebræus, qui dictus est Salomon, in libro quarto de officiis spirituum) frequenter apparere solent in ea forma, in qua Diabolus Eux legitur apparuisse, habentes vnum caput pulchrum instar virginis, capillis ab vtraque parte dependentibus: sed duo corpora serpentina, quæ tamen semper velant & abscondunt sub quibusdam tegumentis aut frondibus, ne videantur. In facie autem sunt pulcherrimi, beneuoli & iocundi, & ad omnem obedientiam operantis promptissimi & hilares.

R.		R.		R.		R.	
<i>Adoniel</i>	<i>Marachy</i>	<i>Hardiel</i>	10	20	00	20	10
<i>Damasiel</i>	<i>Chabrion</i>	<i>Nefrias</i>	10	20	00	20	10
<i>Ambriel</i>	<i>Nestorieb</i>	<i>Irmanotz</i>	10	20	00	20	10
<i>Meriel</i>	<i>Zachriel</i>	<i>Gerthiel</i>	10	20	00	20	10
<i>Denaryz</i>	<i>Naueriel</i>	<i>Dromiel</i>	10	20	00	20	10
<i>Emarion</i>	<i>Damery</i>	<i>Ladrotz</i>	10	20	00	20	10
<i>Kabriel</i>	<i>Namael</i>	<i>Melanas</i>	10	20	00	20	10

Hic iam habemus ex bonis spiritibus Sarandielis duces 14. & comi-

comites 7. Cum multis seruatoribus eorum, qui nobis in duodecima hora noctis ad omnem operationem sufficiunt. Cum itaque volueris operari per eos in vltima hora noctis: obserua & fac omnia quæ præcepimus, diligēter: & postea dic coniurationem.

Coniuratio.

S Arandiel marfo porne ioniel schendiel iano Nati chilpres
iofaschar meon prissi dyon volayr penafon. Carmine dicto,
statim spiritus vocati astabunt ad omnia parati.

Constitutio nunciandi arcani.

C Vm videris spiritus in forma tibi astare peregrina: non terrearis, quia boni, beneuoli sunt, neminem lædentes & monstrosam formam, ne quem exterreant, quasi semper abscondunt, facie pulcherrima apparentes. Committe secure, quicquid in hora noctis volueris scire amicum.

Literæ formentur, vt placet.

O Miser homo, & vere miserabilis, cur non attendis omnium temporalium instabilitatem? & cur te non moriturū breui cogitas? Memēto, quod primus homo promeruit: quod mandatum violauit. Vtinā, sicut optauit Balaam, moriatur anima nostra iustorum morte, vt contemntes voluptates præsentēs, & vanos mundi honores, simus immaculati custodiētes nos ab omni peccato. Sed non curamus, quousque tandem horrenda vincula mortis incidimus, cruciandi in perpetuum. Fælicē illum existimo, qui ista præcogitat. Igitur o homo proijce mundū sicut fecit Dei filius: & cogita, quanta ex eius amore mala nos sequantur. Multa enim pericula nobis ingerit: & quoniam suis amatoribus est damnabilis, merito contemnitur. Vere est dignus æterna morte amator mundi. Qui tibi prodest iste mundus, miserabilis homo? qui dum amatur, fugit: dū præsens est, transit: dum exaltat, deiicit: dum blanditur, decipit dum floret, arefcit: dū amatores suos emittit, ad perpetuas misérias transmittit. Anno M.D. 12. Calend. Maij.

Acce-

Acceptis literis & cognito signo Spiritus principalis, peritus in arte faciat, quæ sunt ex more facienda. Dicta deinde supra scripta coniuratione secundum artē, apparebunt Spiritus, commissum fideliter reuelantes.

CAP. XXV.

IN QVO DOCEBIMVS MODVM ET FORMAM generalem accedendi ad hanc artem Steganographiæ, & operandi in ea sine periculo, cum maxima utilitate.



VICVNQVE adhuc artis nostræ occultæ scientiam accedere desiderat: quicumque operari per eam mirabilia & multis commodosa periculis optat: imprimis oportet eum ornatum esse virtutibus, & conscientia mundæ, ac voluntatis bonæ, ad Deum, ad seipsum & ad proximum: ne sit inclinatus ad nocendum alicui, neque commercia turpitudinis quærat. Deinde necesse est, vt sit bonis artibus literarum aliquântulum imbutus, & maxime in scientia astrorum, vt sciat generales motus, cursus, discursus, mutationes, ordines, naturas, situs, ortus, occasus, & effectus stellarum, signorū & planetarum: quia sine istorum competenti scientia nemo potest ad huius artis profunda habere accessum. Consequenter necesse est, vt præceptorem habeat in arte perfectum & expertum: quia non, nisi paucis & in multis eruditissimis, & maxime in magicis peritis ad hanc scientiam venire sine præceptore, possibile credimus. Oportet autem præceptorem non solum in scientia esse probatum & expertum, sed etiam fidelem, probum & Deum timentem: quia quanto fuerit cum Deo in bona conuersatione purior, tanto erit in huius scientiæ operatione securior: Spiritus enim virtutibus obtemperat. Cum itaq; ad hanc artem quisquam accessurus est, accipiat eum præceptor, & ducat in locum aliquē secretū & mundū: sit tempus tranquillū & serenū,

& luna in oppositione completa, sole clare splendēte: & sit Mercurius in ascendente coniunctus Veneri aut Ioui, si fieri potest: sintq; Saturnus remoti & Mars: quia si ipsi aut alter eorū fuerint cum ascendente, non erit institutio perfecta. In primis iurabit instituendus in arte hoc iuramentum: Ego N. iuro & promitto per virtutem omnipotentis Dei, per sanguinem Domini nostri Iesu Christi, per resurrectionem mortuorum & extremum iudicium, & per salutem animæ meæ in fide sancta catholica omnipotentis Deo, beatæ Mariæ virgini, omnibus Sanctis, & tibi N. quod hanc artem Steganographiæ omnibus diebus vitæ meæ occultam fideliter seruabo: nec docebo illam aliquem sine tua voluntate & consensu. Insuper in eadem virtute iuro & promitto, quod hac scientia non vtar contra Deum & eius mandata: nec contra Ecclesiam sanctam Romanam & vniuersalem seu ministros eius, neque contra iustitiam & æquitatem. Sic me Deus adiuuet, & sic saluet in extremo iudicio. Deinde præceptor legat sequentē coniurationem in lingua mystica, & interpretetur eam, & omnes coniurationes in hoc opere contentas, coram discipulo: ne suspicetur, aliquid esse diabolicum, superstitiosum aut Deo contrarium, vel pactum cum dæmonibus implicite vel explicite quomodolibet latenter esse absconditum.

Coniuratio Generalis ante accessum ad artem
à Magistro dicenda.

M Esari cosmeniel archea sameor critas.
 Dricho mosayr vsio noes veso tureas.
 Abrithios naselion pyrno chyboyn ormon.
 Cerualimyrbeuo lian saueao sayr.

Rhy-

Rhymano caue iapion nospiel saseuorhaony.

Natythirpolian ionayr chuleor nefris.

Mistriona nayr dauosy tyuamo turmy.

Pleon nomeato turias bresne nasephon

Adion sayr catros chyrosny aschyon ermy

Otyel layr romays theory natas atreuo.

Aliar measco trisna vseori iesaschor.

Bios pailon rauemy sear astro penason.

Et postquam magister artis huius discipulo suo explanauerit omnium coniurationem spirituum, ordinem & seriem: aperiat sibi arcana secretissima scientiæ huius, quæ nec scripta sunt, nec scribenda; prohibens sub iuramento præstito, ne illa reuelet alicui quamdiu vixerit, nisi dignis & in arte iuratis; nec scribat ea quouis modo vel causa. Deinde doceat eum naturas, nomina, loca, numeros, officia & proprietates omnium Spirituum, qui ad hanc sunt artem deputati: quomodo, quando, & vbi per eos sit operandum: & reliqua arcana, quæ ad huius artis perfectionem pertinent; de quibus non est scribendum.

FINITVR SECVNDVS LIBER

Steganographia Ioannis Tritthemii Abbatis Spanhei-

mensis 12. Cal. Maij. Anno Domini

M. D.

INCI-



INCIPIT LIBER TER-
TIVS STEGANOGRAPHIÆ IOHAN-
NIS TRITHEMIJ, Abbatis Spanheimensis, ad Sereniss.
Principem, Dominum Philippum, Comitem Pa-
latinum Rheni, Ducem Bauariæ, Imperij-
que Sacri Principem Electo-
rem.

P R A E F A T I O.

D O ST QVAM, auxiliante Domino nostro Iesu
Christo Salvatore fidelium animarum, primos ar-
tis nostræ libros duos compleuimus, in quibus Ste-
ganographiam nostram utcunque descripsimus:
oportet nos hunc tertium librum illis coniungere,
& mirabilibus adiuuentis mirabiliora copulare. Inueni in quo-
dam libro cuiusdam antiqui Philosophi, qui dictus est Menastor,
esse possibile, ut quadam arte mentis nostræ conceptum amico
notum faciamus, quantumlibet absenti, in 24. horis, sine verbis,
sine libris, & sine nuncio, perfectissime, latissime & secretissime.
Cum autem desiderio sciendi uehementissime ducerer: cœpi uelle
experiri dictionum ueritatem: & post multos labores tandem in-
ueni ipsam scientiam experientia probatam. Maximum est hu-
ius-

iusmodi artis secretum & tantis obscuritatibus inuolutum, ut nullo facile sit peruium. Menastor enim nimis obscure & paucis verbis mysterium inuoluit: tantisque viribus, ut secretum maneat, usus est, ut post eum adhuc nullus reperiri potuerit, qui ausus sit eius sermonem aliquo documento facere clariorem. Ego autem metuens, tam mirabile opus propter nimiam obscuritatem vilipendi ab imperitis, aut tandem igni cremari: cum in eo multis probationibus iam diu sim expertus: ita illud literis commendare apertioribus volui, ut & viris eruditis ac in magicis studiosissimis, cum Dei auxilio, possit aliquatenus fieri peruium: & tamen imperitis Rapophagis omnino tempore maneat occultatum, & nullatenus eorum obtuso intellectui cognitum.

Dixit autem Menastor: Septem sunt planetae, quibus septem praesunt Angeli, & illis sunt 21. spiritus subiecti, per quos nunciantur arcana. Horum nomina per tabulam exponamus.

X

Man.

N. N.

Mansiones spirituum cum planetis vr. M. L. n. c.

	Noth.		Noth.		Noth.		
♁		Sadael	1	—	675	663	651
♁	Oriffiel	Poniel	2	—	700	688	676
		Moriffiel	3	—	725	713	701
		Floriel	1	—	575	563	551
♁	Zachariel	Ariel	2	—	600	588	576
		Raphael	3	—	625	613	601
		Amael	1	—	475	463	451
♁	Samael	Asmael	2	—	500	488	476
		Nebiel	3	—	525	513	501
		Laniel	1	—	375	363	351
♁	Michael	Pasael	2	—	400	388	376
		Vanriel	3	—	425	413	401
		Zabdiel	1	—	275	263	251
♀	Anael	Sacmiel	2	—	300	288	276
		Adrniel	3	—	325	313	301
		Carmiell	1	—	175	163	151
♁	Raphael	Nabeyel	2	—	200	188	176
		Pathiel	3	—	225	213	201
		Remasfiel	1	—	75	63	51
♁	Gabriel	Tespiel	2	—	100	88	76
		Theoriel	3	—	125	113	101

		Noth.	Schw.	N.	S.		
S	Aniel	4	V Venasor	631	20	642	639
H	Saturnus		Schamaro	627	20	638	646
♁	Kraluotos		Thubrays	626	20	650	634
	Imarona		Izatzraym	628	20	639	

JRS

Isti sunt septem Angeli planetarum secundum traditionem antiquorum sapientum, quorum quilibet ducit Mundum annis trecentis quinquaginta quatuor mensibus bis binis in ordine suo. Orisiel est Angelus Saturni, qui à principio creationis gubernavit Mundum annis 354 mensibus 4. Postea Venus, deinde Iuppiter, post illum Mercurius, ac deinde Mars, postea Luna, postremo Sol. Quilibet annis 354 mensibus 4. suum Angelum in tabula sibi communi scriptum dominium Mundi habuisse describitur. Itaque tempore diluuij ferunt sapientes Samaelem Angelum Martis seruiuisse Imperio regiminis: Gabrielem autem Angelum Lunæ tempore confusionis linguarum: Michaelem Angelum Solis, tempore exitus Iſraelis de AEGYPTO. Et quidem si quis assertioni præfatæ adhibet fidem, per semet ab origine Mundi facile mutationes temporum, & gubernationem Angelorum vsque ad suam ætatem præscripto ordine poterit supputare. Nos autem ea, quæ nostro conducunt proposito, prosequentes, septem Angelis planetarum prædictis 21. subiectos alios spiritus, hoc est, unicuique tres non ambigimus secundum huiusmodi artis nostræ institutionem: per quos intentionis nostræ operamur effectum. Ordinem planetarum consuetum obseruabimus, à supremo omnium Saturno incipientes vsque ad Lunam: primo cuiuslibet principalis angeli operationem conscribentes, ac deinde subseruentium:

& capitula per ordinem coniungentes.



C A P. I.

DE ORIFIELE, PRIMO ET SUPREMO ANGELO
 Saturni, & de operationibus, quæ fiunt per eum.

SATURNVS, planetarum omnium altior & supremus motu natura tardus, frigidus, quia remotus, difficilis, grauis, à puncto sui principii 650. annis vsque ad punctum primæ stationis in quolibet signo mensibus cōmorans 30. naturali proprio motu mouetur 626. Eius primus & supremus Angelus vocatur, secūdum opinionem antiquorum, Orifiel, qui habet sub se alios tres principales Spiritus, videlicet Sadael, Poniel & Morifiel, de quibus suo dicemus & loco & ordine. Per hunc autem Orifielem magnum Saturni Angelum fiunt multæ & diuersæ operationes in Steganographia. Per ipsum possumus mentis nostræ arcanum notum facere amico, artem scienti, vbicunque fuerit: per literas, si placet: vel etiam sine literis & alia multa mirabilia facere, quæ nemo intelligit alius, qui in hac nostra scientia imperitus fuerit. Itaque volens per hunc Angelum in Steganographia quippiam operari, maxime in die Saturni, & in his rebus, negociis & causis, quæ pertinent ad Saturnum: in primis necesse est, vt motus eius noueris varios & diuersos. Et varios primum, purum, proprium, mixtum, rectum, retrogradum & confusum. Et in his omnibus non solum generales regulas ab Astronomis traditas (quia licet maxime conducant huic scientiæ nostræ, tamen non penitus sufficiunt) sed etiam particulares sciat necesse est. Pro fundamento igitur præsuppositis tabulis & regulis de motibus planetarum, quos omnino scire operātem in hac arte necessarium est: specia-

speciales regulas & tabellas punctualium motuum per singula capitula huius operis adiecimus, sine quarum obseruatione nemo in hac arte poterit operari. Et nota, quod dies cuiuslibet planetæ in quatuor partes æquales diuiditur, quarum primam, i. horas inæquales tres angelus ipsius planetæ principalis obtinet: & reliquas tres partes eius substituti per ordinem consequuntur. Exempli gratia; In die Saturni Orifiel, primus angelus eius tres horas ab ortu solis inæquales, quæ dicuntur horæ planetarum, possidet: secundas tres primus Angelus eius Sadael. Tertias tenet Pomiel secundus: & quartas tres horas Morifiel Angelus Orifielis tertius. Sub primis tribus horis diei tam Saturni quam cæterarum stellarum in rebus Saturno appropriatis operandum est per Orifielem; sub secundis per Sadaelem; sub tertijs per Pomielem: & sub vltimis tribus per Morifielem. Et omnes operationes secundum motum Saturni aut prosperum effectum accipiunt aut debilem. Sed iam tabulam punctualem ponamus.

J 3

Tabu

STEGANOGRAPHIAE

Tabula punctualis.

κ.	αλφα S.			688	
β	638	672	632	684	701
644	633	657	696		725
650	635	655	689	βλζα κ.	719
629	642	667	684	719	713
650	632	κ.658	691	725	708
645	640	673	692	704	710
635	637	675	699	725	717
646	643	660	692	720	707
636	638	651	698	710	715
632	634	675	688	721	712
646	βλζα S.	669	684	711	718
639	669	663	697	707	713
634	675	658	682	721	709
641	654	660	680	714	S.
642	675	667	692	709	γ.ω
649	670	637	683	716	641
642	660	665	698	κ.717	642
648	675	662	700	724	649
638	661	668	685	77	646
634	651	663	676	723	635
647	671	κ.659	700	713	24
632	664	γάρμα κ.	694	709	644
630	659	694	688	722	646
642	666	720	683	707	633
633	667	679	685	705	635
648	674	700	602	717	632
650	667	695	682	708	631
655	673	685	690	723	646
626	663	696	687	725	635
650	659	686	693	710	18
644					643

Ille ordo nigrocolo- rescriptus

642	685	}	K.
639	17		
633	693		
643	696		
S.B.K.	692		
657	690		
665	691		
674	692		
21	698		
672	993		
667	696		
671	698		
18	720		
654	707		
656	710		
671	17		
666	722		
670	721		
671	710		
23	10		
	712	}	K.
HT.K.	713		
681	710		
700	708		
685	721		
683	714		
19	725		
682	715		
689	721		
684	714		
696			

Medio motu Saturni in secundum diem, gradum & horam ex tabulis communibus cognito, diligenter in primis obseruandum scias, vtrum sit directus an retrogradus; purus, proprius, mixtus aut confusus. Hoc autē ex tabulis communibus non inuenies. Idcirco præscriptam tabulam ordinauimus, in qua punctum principij motus eius & finis poteris inuenire qualibet hora, diuisis gradibus simul intercurrentibus in particulis minorū. Ita videlicet ad quodlibet minutū in duas, tres vel quatuor partes horarias secundum proportionem motus puri aut confusi, hoc est, aliorum planetarum coniunctione & separatione obseruata, diuidatur: impossibile est enim vel per stellas vel per Spiritus stellarum te posse ad effectum huius artis peruenire, nisi motu punctuali cognito & diligentissime obseruato tuas operationes ad qualitates planetarum proprias noueris præcise ordinare. Nam in diuersis gradibus, signis, diebus, horis, minutis, secundis, tertijs & quartis planetarum effectus, quo ad hanc scientiam, diuersimode variantur. In quolibet enim gradu 25. mutationes diuersas obseruauimus & inuenimus: vnde & quemlibet gradum in totidem partes diuidere principales necessarium nobis videbatur. Ista autem diuisio non habet locum per omnes gradus, sed in illis duntaxat, in quibus stelle nobis ad hanc artem cōducen-tes oriuntur, cum quibus fit operatio ad significandum absentibus omne, quod volumus, ministerio Spirituum sine literis, sicut dicemus. Itaque prima tabula diuisionis graduum motus Saturni, quam præmisimus, primæ quartæ diei vel noctis deseruit perpetuo in his, quæ pertinent ad operationem Saturni & principū eius; secunda vero ad secundas tres horas, tertia ad tertias, & quarta ad quartas. Deinde subiiecimus punctualem ordinē motus ipsius Saturni in ascendente, quando videlicet fuerit in vno ex primis quatuor signis, quæ sunt Aries, Taurus, Gemini & Cancer. De reliquis octo signis etiam tabulam ordinabimus consequen-

tem.

Tabla

Tabula prima.

	S.	R.	S.	9.	12.	12.
	Ω.	Ω.	†. 6.	Ω.	γ.	Ω.
	639	693	16	700	647	69
	642	696	639	689	650	716
	633	685	638	697	634	722
	23	25	642	696	24	721
	641	679	633	R. 691	642	R. 714
R.	650	682	S. 13	21	S. 648	24
	642	22	644	682	643	724
	634	690	648	684	6	710
	24	692	643	24		721
	647	685	23	679		7 4
	632	25	0	682		719
						721

18	Ω. S.	27	†. S.
	700		634
	692		mp R.
	691		663
	21		673
	681	R.	668.
	696		18
	692		674
	684		671
	24		668
			675
			666
			658.

Y

Tabula

Tabula.

	4.		7.		11.		15
	N.		S.)-(N.		S.
			∞		710		672
	706		668		717		667
	725		675		723		660
	714		674		718		20
	24		671		708		668
	717		21		721		675
	709		671		714		674
	19	S.	667		24		24
N.	722		664	N.	715	S.	
	707		24		717		
	721		669		708		
	708		660		18		
	18		663		722		
	668		659		717		
	667		671		710		
	664		664		20		
	658				0		
16. S.	19.		22		14.		17
	S.		N.		II S.		III N.
640	∞		∞		694		675
642	707		697		696		666
635	714	S.	692		699		659
23	722		684		696		19
647	12	N.	24		689	N.	672
642	709		700		19		657
635	721		691	S.	679		
	718		691		682		
20.	72		696				
† S.			684		69 S.		
639			5.		78		
632	23		† N.		725		
614)-(N.		634				∞ N.
633	724		646				681 S.
23	717		635		8.		
632	17	S.	646		∞ S.		
636	722				693 N.		
615	717						
646	710						

Motus planetarum purus.

hS.							
649	549	333	R.	B	650	626	R.
635	538	23		S	675	651	
646	534	S.347		P	R.700	S.676	
639	546	342		m	725	701	
644	535	348		L	550	526	
646	25	343		e	575	551	
635		♀S.		a	S.600	R.576	
12	♂R.	245		r	625	601	
647	427	232		♂R.	450	426	
642	450	235			475	451	
634	R.441	25		R.500	S.476		
24	444	246	R.	n	525	501	
649	24	240		⊙	350	326	
635	432	246		L	375	351	
642	439	S.18		P	S.400	R.376	
646	447	246		V	425	401	
645	17	235		♀	250		
645	446	♀S.		Z	R.275		
634	442	131		S	300	S.	
24	439	142		A	325		
	20	135		♀	150	226	
7S.	o	133	R.	C	S.175	R.251	
542	⊙R.	23		n	100	276	
534	347	147		p	225	301	
533	342	142		D	50	126	
23	R.346	148		R	R.75	S.151	
546	349	S.143		I	100.	176	
542	19	23		T	125	201	
539	343	150				26	
19	332	139					
	346						
				Grad.26.punctualia	725.51		
				S	76	R.	
					101		

De vario motu Planetarum, & interpreta-
tione Tabularum.

QUAMVIS in praesenti capitulo specialis nobis tractatus habendus sit de motibus Saturni & spiritibus eius, ac de operationibus in Steganographia per ipsos: ne tamen semel oportune dicta cogamur in quolibet capitulorum repetere: monendus lector studiosus fuerat, ut eorum quae in hoc ipso capitulo dicimus, etiam in sequentibus studeat esse memor. Sunt autem singulorum planetarum varij motus, & in diuersos alios omnes subtilissime partiuntur. Motus purus & proprius multiplex est, & varijs subtilissimis diuisionibus variatur. Directus, retrogradus, mixtus & confusus, tot ferme punctis variantur, quot a principio sui motus in circulo diuelluntur. Quid dicam de coniunctione ipsorum planetarum ad inuicem? Nam, sicut Ptolomaeus in Gentiloquio ait, centum viginti coniunctiones in ipsis planetis, videlicet binariae 21. ternariae 35. quaternariae 35. quinariae 21. senariae 7 & septenariae una. Et de his suo loco dicemus. De caeteris autem motibus quauis dare certum terminum non possumus propter infinitam diuersitatem, quibus quotidie punctis crescentibus aut minuentibus variantur ignorantes: ad plenum tamen, quantum nos obseruare potuimus, inuenimus diuisiones plus quam 300000. in quibus omnes huius artis operationes, quo ad effectum, saepe variantur. Et nisi quis valde expertus in omnibus his fuerit scieritque motus ipsorum planetarum medios perfecte, ac deinde minutissimas diuisiones punctuales, quae ex quarti, tertijs, secundis minutis & gradibus inaequalibus subtilissime diuisis proueniunt: facile in veros errores incidet, & graue periculum vix euadet. Ad perfectam itaque huius scientiae institutionem tres tabulas ordinauimus: in quarum prima motum Saturni secundum quatuor partes tam diei quam noctis, proprium videlicet & purum, ad punctualem radicem reduximus, & ad verum ascendens cuiuslibet signi punctum ordinauimus. Incipientes a primo gradu

gradu Arietis puncto 641. VIII & 69. totum Zodiacum in secunda tabula complexi sumus. Deinde in eadem secunda tabula motum Saturni in quolibet duodecim signorum ad omnes quartas diei & noctis ita digessimus ad minutias, ut qualibet hora nobis gradu ascendenti, in quo fuerit Saturnus ipse, cognito, clare patefcere possit radix ipsius punctualis, semel autem terminata calculatur alicuius quod nostra ætas nescio si vnquam pertingere possit, tabula denuo à capite sui principij incipienda est. In tertia tabula septenariam coniunctionem Saturni cum cæteris planetis, quæ vnica est, ad proportionem puncti reduximus; per quam omnes coniunctiones 120. facile ad punctum reducuntur. In eadem tabula purus motus planetarum omnium per punctualem principij cuiuslibet diuisionem, progressionem & elongationem à puncto in quolibet motu cognoscitur, si medius motus antea perfecte habeatur. Nā sine cognitione medij motus impossibile est aliquem ad practicam huius scientiæ posse accedere. Rursum etiam si medium motum & verum similiter perfectissime intelligas, nihil tibi ad huius scientiæ cognitionem proderit, nisi præscriptas tres tabulas ad omnes punctos diuisionū in motibus planetatum à gradibus inæqualibus æqualiter sumptos per minutias singulas ad integrum intelligas. Sed iam ad operationem procedamus.

Cognitis autem omnibus, intellectisque perfecte his, quæ diximus, & auxiliante Deo, dicturi sumus: cum volueris in hac profundissima speculatione operari: in primis oportet te scire ortum exaltationem & occasum omnium stellarum octauæ Sphæræ, per quas fit operatio: & quantum quælibet distet ab alia. Sunt autem Stellæ, per quas operamur ad nunciandum secretū quodcunque absenti siue verbis siue scriptis & sine homine nuncio, septingentæ numero, quarum nomina, loca, ortus, occasus, eleuationes, distantias, accessus & regressus in libro speciali descripsimus, quos nimis studiosum esset hic denuo inferendo repetere. Itaque obseruata stella in omnibus sicut oportet, & cognito puncto ascendenti in quo Saturnus eadem hora fuerit, si per ipsam fit operatio: diligentissime considera qualitatem motus i-

plius, vtrum sit directus an retrogradus, purus an mixtus, proprius an cum alijs impedimentis aspectuum malorum coniectus, discretus an confusus. Deinde punctum principij motus in eodem signo tam ipsius Saturni quam cæterorum planetarum ei coniuكتورum extabulis communibus, & his quas præmiffimus, subtilissime & proprie calculatum scribe in charta munda: & quantum sit progressus, quantum eleuatus, quantumue depressus, diligenter obserua. Hoc idem facies in cæteris planetis, Saturno vel illi, per quem fit operatio, coniuكتورis. Simili modo diligentissime obserua, quo aspectu se mutuo planetæ aspiciant, an Δ Π σ vel \times . Quia in ipsis latet huius operationis maxima vis. Item ante omnia obserues, in qua quarta sit Saturnus non solum quo ad diem aut noctem, sed etiam quo ad signum in quo est, & quo ad annos à principio mundi, quando fuit in domo sua primo creatus: quia omnia ista sunt necessaria. Et nota, quando Orifiel angelus Saturni regit mundum in suo ordine, quod regimen ducet annis 354. mensibus quatuor. Tunc omnis operatio huius profundissimæ scientiæ, quæ pertinet ad opera Saturni, & quæ fit per eum facilis est, & sine magno labore perspicuum consequetur effectum. Et simile de cæteris planetis est obseruandum. Quicumque ergo, cognitis principiis huius artis, sine difficultate voluerit operari per eam; per illum planetam operetur, cuius angelus principalis isto tempore orbem gubernare facili calculatione inuenitur. Igitur, calculatis diligentissime omnibus, processurus ad operationem, obserua, quis angelus Saturni præsit illi quartæ diei aut noctis: & nomen eius scribe cum nomine stellæ, per quam vis operari, quam te videre necesse est. Omni autem tempore stellas tibi necessarias videre poteris, arte quam tradidimus, siue in die siue in nocte. Deinde scribe in eadem chartula cætera, quæ scis secretissima, cum encansto ad hoc nostro more præparato, sicuti scis. Postea pone schedulam ipsam, quam scripsisti, ante te super mensam & scribe in aliam chartam mētis tuæ cōceptum, quod vis scire absentē: & inuolue has duas schedulas ad inuicem, & pone in loco emi-

nen-

rentiori ante te super mensam aut pulpitem. Et dic coniu-
rationem ad Spiritum, per quem operaris, sibi appropriatam. Aut si
malueris sine scriptis omnino nunciare secretum per Spiritum,
vel sine Spiritu, in tuo arbitrio sit positum. Eiusdem namque o-
perationis est, cum Spiritu vel sine Spiritu secretum nunciare a-
mico, paucis alteratis, sicut suo loco dicemus. Iam differentia o-
perationum Saturni & Angelorum eius secundum quatuor quar-
tas principales cum coniu-rationibus unicuique per ordinem
appropriatis componemus: quibus utendum est, cum per Spiritu-
m nunciatur arcanum.

*De primo Angelo Saturni, qui est principalis, & vocatur Ori-
riefel, qui primam quartam Saturni
observat.*

PRIMVS & principalis angelus Saturni, sicut in præ-
cedentibus diximus, vocatur Orifiel, qui cum cæte-
ris angelis planetarum in ordine suo orbem regit
annis 354. mensibus quatuor. Hic habet primam
partem tam in die, quam in nocte: & per eum fit operatio ab or-
tu Solis in die, & ab occasu Solis in nocte, vsque ad tertiam horam
inclusiue in omnibus, quæ ad Saturnum pertinent, & in eius die
ac nocte, sicut diximus. Cum itaq; in prima quarta Saturni ali-
quid volueris nuntiare absenti sine verbis & sine literis: tum
Spiritus Saturni non alius, quam Orifiel, tibi vocandus est:
quia per eum poteris omnia nunciare perfectissime. In pri-
mis considera, in quo signo sit iste Saturnus, & in quo gradu,
& an sit directus vel retrogradus, & quibus planetis sit con-
iunctio. De primo ponamus exemplum: Ecce Saturnus iam
est in 25. grad. Tauri, die 28. mensis Aprilis anni præsentis,
qui est Domini 1500. Nunc itaque ducamus 25. per 25. & fiunt
600. hos diuidamus per quatuor quartas æquales: & manebunt
cuili-

cuiuslibet quartæ 150. cõpleamus omnes gradus Saturni in signo Tauri & erunt 30. Ducamus aut 3. per 25. in toto, & fiut 750. Reijciamus quatuor gradus superfluos à medio tertix, quartæ & remanebunt 650. Accipiamus nunc punctum motus Saturni ex tabula ad præsentem diem & horam: & scire poterimus, quis sit ortus, eleuatio & occasus Angeli Orifielis cum Saturno in prima quarta: quibus cognitis, facilis erit operatio nostra.

Tabula.

S.	R.	S.	R.	R.	S.
Hora 1.	Hor. 2.	hor. 3.	grad.	punct.	hor. 1.
640	635	22	25	634	632
642	R. 646	S. 647	R. 3	646	23
634	25	646	2	S. 648	S. 640
646	640	632	1	632	650
635	646	634	4	639	644
646	642	12	1	647	639

R.	S.	R.
hor. 2.	hor. 3.	8
632	632	650
640	640	640
♀ 24	S. 633	R. 646
647	632	639
638	632	650
639	640	626

R.

His

His diligentissime consideratis, Orificlem Angelum Saturni constat esse separatum à Saturno 25. gradibus, & 15. minutis: & est ad Orientem, à primo puncto motu Saturni 625. gradationibus distans, à fine motus 25. minutis. His cognitis, fac imaginem ex cera, vel pinge in chartam nouam figuram Orificelis in modum viri barbati & nudi, stantis super taurum varij coloris, habentis in dextra librum, & in sinistra calamū: quem dum facis, dic: Fiat hæc imago magni Orificelis plena, perfecta & apta nunciare mentis meæ secretum N. filio N. amico meo secure, fideliter & integre, Amen. Scribe in fronte nomen tuum cum encausto ex oleo rosarum temperato, & in pectore nomen amici tui absentis dicens, Hæc est imago N. filij N. cui per Angelum Saturni Orificlem nunciatur mentis meæ conceptum, Amen. In fronte imaginis scribe Merion & in pectore Troesda. Deinde coniunge ambas imagines simul, dicens: In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, Amen. Audi Orifel princeps Stellæ Saturni, & per virtutum omnipotentis Dei adiuro te, ausculta: præcipio & mando tibi per virtutem istius imaginis tuæ, vt nuncies N. filio N. hanc intentionem meam (explicetur intentio) quantocyus secure, secreta & fideliter, nihil obmittens eorum, quæ eum volo scire, & quæ tibi commendavi. In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, Amen. Deinde inuolue ipsas imagines sic coniunctas simul panno mundo loto cum aqua albifine, & pone eas in vas mobile, quod appellant sapientes India *pharnat alronda*: & cooperi illud superius diligenter cum corio raso, ac pone in introitu alicuius habitationis clausæ, vbicunque volueris, ad spacium 24. horarum: & sine omni hæsitacione tuum desiderium intra illas 24. horas perfecte adimpletur: scietque amicus tuus absens intentionem in omni forma perfectissime, sicut eam super imaginem dixisti (quantumcunque prolixa fuerit) & quicquid illum ex te scire volueris, sciet in illis 24. horis perfecte & secretissime: ita quod nunquam in æternum aliquis homo poterit hoc percipere aut scire sine voluntate tua aut amici tui. Et est magnum secretum, quod nullus sapientum ante nos literis commendare ausus fuit. Amicus autem ille tuus si quid te

scire voluerit ex suis negotiis : cum eodem spiritu te potest face-
re certiore intra idem spacium 24. horarum : modo sit in hac
arte bene perfectus. Tu autem, 24. horis elapsis, leua imagines
de loco, in quo positæ sunt : & repone eas, quia omni tempore
Orisielis per eas operari potes non solum ad illum amicum tuum,
sed ad quoscunque alios, mutato duntaxat nomine ipsius amici
in illius nomen, quem volueris aliquid scire. Et nota, quod non
oportet ipsas imagines depingi pulchras aut curiosas : sed quan-
tumcunque simplices fuerint, nihil refert : modo habeant ali-
quam similitudinem proportionatam, ita vt imagines hominum
esse cognoscantur. Qui autem eas pulchre depingere voluerit
& poterit : nihil impediet, nec prodest.

*De secundo Angelo Saturni, qui est primus sub Orisiele &
vocatur Sadael, presidens secunda quar-
ta Saturni.*

SECUNDVS Angelus Saturni vocatur Sadael, qui
est primus sub Orisiele in ordine constitutus, &
habet secundam partem post suum principem, tam
in die quam in nocte, in operibus & temporibus
Saturni: hoc est, quartam, quintam, & sextam horas inæquales.
Cum itaque in his tribus horis aliquid nunciare volueris ad a-
micum absentem in viginti quatuor horis, sine literis, sine ver-
bis & sine nuncio: fac id per omnia & singula, quæ in operatione
præcedenti diximus : & observa punctum secundi motus Satur-
ni in gradibus suis ad signum, in quo planeta ipse mouetur, &
qualis sit motus, & vbi sit Spiritus mouens astrum, quantum re-
cesserit, & quantum eleuetur à centro sui motus, quantumcun-
que distet à puncto quolibet totius circuli siue sphaeræ. Ad
horum scientiam consequendam est ta-
bula hæc.

Here

LIBER TERTIVS.

R.	S.	R.	S.	R.	S.
Hora 54.	hora 5.	hora 6.	hora 4.	hora 5.	hora 6.
669	660	634	673	655	660
675	671	24	663	667	651
654	S. 661	R. 666	S. 659	R. 658	S. 675
675	657	667	23	18	69
25	671	674	672	63	613
670	664	667	657	675	23

R.	S.
hora 4.	hora 5.
658	668
660	663
667	S. 659
657	550
665	653
662	652

R.
æ

Loco angeli Sadaelis ex consideratione stellæ fixæ ad pūctum motus Saturni inuento, fac duas imagines (eo modo, quo diximus in operatione præcedenti) Orifelis cum inscriptionibus, contestationibus & alijs singulis, quæ ibi dicta sunt. Quibus completis, pone ipsas imagines super quinque ramuscūlos herbæ thrasnote extra domū in loco securo & secreto, & dic super eas: *Sunt cruceo rubra* In nomine + patris & + filij & + Spiritus Sancti, Amen. Sicut istas duas imagines Sadaelis angeli & N. filij N. amici mei simul coniunctas super hos quinque ramos mobiles posui; ita tibi Sadael in virtute Orifelis principis tui magni præcipio, ut mentis meæ secretum, quod tibi explicando commisi, sine mora ad notitiam præfati perferas amici. His dictis dimitte ibidem imagines per 24. horas; & fiet quod voluisti: scietque amicus tuus omne quod super imagines dixisti, perfectissime ac secreta. Item si volueris de aliquo absente scire, quomodo valeat, & verum statum eius in 24. horis: quantum cunque longe sit, isto modo scire poteris. **NB.** ET OMNIA QUÆ FIUNT IN MVNDO, CONSTELLATIONE OBSERVATA, PER HANC ARTEM SCIRE POTERIS.

De tertio Angelo Saturni, qui est secundus sub Orifiele, & vocatur
Pomiel, præsidens tertiæ quartæ
Saturni.

Tertius angelus Saturni vocatur Pomiel, qui est in ordine se-
cundus sub Orifiele, principali angelo Saturni: præsidet ho-
ræ Saturninæ septimæ, octauæ & nonæ, tam in die quã in nocte,
in omnibus, quæ pertinent ad operationem Saturni. Locum e-
ius, quoniam cum suo mouetur ordine ad stellas fixas 25. gradi-
bus ab Oriente, per tabulas dispositis suis horis, ita inuenies.

S.	R.	S.	R.	R.
hora 7.	hora 8.	hora 9.	hora 7.	hora 9.
694 } 700 } 679 } 700 } 24 } 695 }	R. } 685 } 696 } 686 } 682 } 696 } 689 }	S. } 684 } 12 } 691 } 692 } 699 } 692 }	R. } 698 } 688 } 684 } 24 } 697 } 682 }	♀ } 685 } 676 } S. 700 } 694 } 688 } 18 }
S.	S.	R.		
hora 8.	hora 7.	hora 8.		
680 } 692 } 683 } 23 } 698 } 700 }	R. } 683 } 685 } 692 } 682 } 690 } 687 }	S. } 693 } 688 } R. 684 } 24 } 0 } 677 }	S.	

Motu Saturni certificato, & inuento punctuali loco Pomie-
lis, fac duas imagines, per omnia, sicuti diximus.

FINIS TERTII LIBRI

CLAVIS
STEGANOGRAPHIAE IOANNIS

Morrij TRITHEMII ABBATIS *Leon.*
SPANHEIMENSIS.

AD SERENISSIMUM PRINCE-
pem Dn. Philippum, Comitem Palati-
num Rheni, Ducem Bauariæ, Im-
perij Electorem.



F. W. S.

B. J. S.

VENUNDATUR

Apud Iohannem Bernerum, Bibliopolam
Francofurtensem, Anno 1608.

Cum Priuilegio & consensu Superiorum.

STEGANOGRAPHIA

PHILIPPO JOHANNIS

Handwritten signature or name

AD SEPTIMUM PRINCIPALIS

INSTITUTIONIS

INSTITUTIONIS

INSTITUTIONIS



Handwritten scribble or mark

Handwritten scribble or mark

INSTITUTIONIS

INSTITUTIONIS

INSTITUTIONIS



PROE MI V M IO. T R I T H E M I I.



Ntiquos Philosophos artis & naturæ, qui reperissent secreta ad prauorum hominum ne deuenirent notitiam variis occultasse modis atque figuris sapientum est opinio. Moysen atq; Israëliticę gentis famosissimum ducem in descriptione creationis cœli & terræ ineffabilia secretorum mysteria verbis apperuisse simplicibus, doctiores quoq; Iudeorum confirmant. Diuus inter nostros eruditissimus Hieronymus tot penè in Apocalypsi mysteria latere dicit quod verba, Græcorum sapientes præterea non parvæ apud suos æstimationis qui fabulis conscribendis operam nauātes, aliud imperitis atque aliud sapientibus vnius narrationis serie prudentissima ratione tradiderunt. Hos ego sapientiæ studiosissimos amatores, etsi propter ingenij tarditatem imitari nequeo : admirari tamen & qua possum industria legere non obmitto, quatenus dum illos magna præ cæteris hominibus lucubrasse considero : Ventrem memoriæ vacuum, scientiæ quasi micis quibusdam demensa diuitum philosophorum cadentibus, vtcun-

que valeam saturare. Nec me penitus vt reor fe-
fellit opinio, quoniam & multa, quæ nesciui
per continuum laborem legendi didici, & adi-
tum cogitationibus meis ad ampliora rerum
secreta perquirendum variis modis reseruaui.
Quanquam vero non sum tantæ vel eruditio-
nis vel industriæ, vt veterum me sapiētum mo-
dum illum secretum, quo in occultanda maie-
state Philosophiæ vti sunt, apprehendisse aude-
am profiteri, modos tamen quosdam non sper-
nendos, vt mihi videtur, occultè & prorsus sine
suspicione aliqua scribendi & occultandi, quod-
cunq; volueris, excogitaui, quos ad instantiam
serenissimi Principis D. Philippi, Comitis Pa-
latini Rheni, Ducisq; Bauarię, ac Romani Im-
perij Principis Electoris, Philosophorū sapien-
tissimi Mecænatis, quo mihi nullus dignior vi-
tus est, literis tradidi, & in subiectum volumen,
non sine ingenti labore comportauit. Ne autem
hoc magnum secretum in aures imperitorum
aut prauorum hominum deueniat, Lector qui-
cunque futurus es, per nomē Dei IEHOVA inef-
fabile, ac per sanguinē Domini nostri Iesu Chri-
sti saluatoris fidelium animarum moneo, rogo,
& adiuro, vt hanc scribendi sciētiam nulli pan-
das indigno, impudico, carnali, seni malitioso,
quoniam multa mala per eam fieri poterunt,
inter

inter homines, adulteria, fornicationes, con-
spirationes, homicidia, & traditiones, si, quod ab-
sit, manifestata fuerit. Nam sicut bonus & ho-
nestus homo voluntatis suæ secretum alteri ar-
tem scienti quoties necessarium fuerit pro vtili-
tate priuata, vel communi secure absque aliqua
suspensione cuiuscunque notificare potest & ex-
primere, sic peruersus, impudicus, & carnali a-
more cæcatus, voluptatis suæ consentaneæ per-
sonæ quantumcunque impudice turpiter & li-
bidinosè suum malum desiderium per honesta
& pudica & sancta verba determinando locum,
tempus, & modum conueniendi, quam latissi-
mè potuerit absque suspensione aliqua significa-
re. Nec erit vlla iam inter coniugatos deinceps
securitas: dum foemina voluntatem amatoris
sui malam ex scriptis optimis marito cernente,
ac verba sanctissima collaudante, sine mali su-
spensione facillime potest intelligere, & quic-
quid amasiã scire volueris, Latinis verbis quan-
tumuis fuerit indocta, viro mirante, ac nun-
cium, quod possibile est, perferente remandare,
Enimvero si hæc scientia in notitiam Reipubl.
deueniret, totus ordo turbaretur, fides periret
publica, literæ, instrumenta, scripturæ omnes,
ipsiq; hominum sermones in suspensionem gra-
uissimam verterentur. Nemo iam literis quan-

tumcunque bonis, sanctis ac honestis deinceps
crederet: nullus epistolis adhiberet fidem, quan-
tum libet sancta & pudica verba fuerint, semper
dolus, fraus, & in ore mala deceptio subesse pu-
taretur, fierentq; homines ad omnia timidi, &
non minus ad sermones mutuos, quã ad literas
quasi libet suspiciosi. Sed obiiciat mihi, aliquis
dicens: Si hanc tuam scientiam volebas esse oc-
cultam, cur eam literis commendare voluisti?
Huic ego, si respondendum fuerit, dico, quia o-
ptimo Principi hanc occultare scientiam, nec
debui nec potui, per quam cliētes suos (de quo-
rū sum ego numero) à multis periculis valeat,
si casus acciderit, liberare. Potest enim per hanc
scientiam mentis suæ conceptum, suis, quibus
voluerit, occulte vel manifeste, secure innote-
scere, & nullius scientiam, penitus in cōtrarium
formidare. Quicūq; autem per hanc artem ali-
quid scribere voluerit, modos, signa, & propor-
tiones singulorum diligenter obseruet, quæ si
cōsiderare neglexerit, facile eorum quæ scripsit,
& ipse poterit obliuisci. Sed nunc ad demon-
strationem, Domino adiuuante, procedamus.

MODVS



MODVS PRIMVS OCCVLTE
 scribendi fit per singulas primas literas di-
 ctionum singularium: cuius
 hoc signum I.



Primus itaque modus occulte scribendi est talis: Cum volueris aliquid scribere ad amicum secreta, ut nemo tuam intelligat voluntatem, prater eum cui scribis, tunc accipe quamcunque volueris narrationem Latinam quam non necesse sit occultari, cuius dictiones omnes sic ordine, quatenus prima cuiuslibet dictionis litera verbum reddant, quod volueris, quemamodum in subiecto argumento vel exemplo te docebo, verum iste modus non satis est tutus, quia facile ab industrio homine posset deprehendi, sicuti sapius experitus sum. In legendo quidem facilis est sed cum difficultate scribitur, quia laboriosum est dictiones ad propositum conuenientes semper in promptu habere. Huius autem modi ponamus exemplum, cuius textus apertus Latinus, tenor vero secretus Teutonice inueniatur conscriptus, videlicet:

Exemplum primi Modi.

Lucidum iubar aeternae beatitudinis excellentiss. Rex, gubernator & tu-
 tor robustissime uniuersorum virtuose uiuentium, exulum refugium
 debitum, virtus, unanimitas, vinculum omnium, letitia lugentium, exulta-
 tio sancta tristium, virtus fragilium, nutritor egentium, salusque tribulato-
 rum, miserorum adiutor, nobilium triumphator, administrator gratiarum,
 gubernator & rege vitam seruorum tuorum, sanans infirmitates nostras, salua-
 tor omnium, decus uiuentium animarum, lucidissimum lumen, esurientium
 refugium, benignissime amator seruorum tuorum, virtutem aeternae remun-
 rator, mitis animarum glorificator, seruientium tibi, viuifica nos Domine ut
 moribus

moribus bonis decorati iugiter exultemus, Fortitudo vera nos fortifica, ut nitore sanctitatis efficiamur reuocati. Adiuua nos Deus eterne redemptor. libera amatores nominis tui, peccatum omnibus remitte, tentationes extingue nocentibus, vitam virtuosam amoremq; rectitudinis tribue exorantibus nobis, Deus altissime vere viuificator infirmantium; lumen lugentium exaudi nos, ut vitam iustam rectamq; mereamur iugiter tenere, viuifica nos saluator & rex misericordissime, glorificator esto, zelantes veritatem, gaudeamusque aeterni regni sublimati, conserva humiles, indulgenovas, extermina nocentes.

Tenor supradicti occultus.

Lieber Getrewer/du wöllest auff nechst Montag gerüst seyn/so du aller best vermagst/vnd vmb die 5. vnser an der Landpforten warten/da wöllen wir mit vnserm Gezeug erscheinen/rc. Et sic consequenter quātum volueris.

Cautelæ obseruandæ.

Obseruandum verò quod supradictus modus, sicut diximus, non satis est tutus in rebus arduis, quia mox ut aliqua inceperit de literis haberi suspicio, facile secretum ab astuto poterit deprehendi. Sequentes itaq; modi, sunt tutiores, ut patet. Simul obseruandum, si isto vel aliis modis alicui scribis, non satis in Latina lingua erudito, ut verba non diuidat, ne vnum existimes duo puncta si volueris: completo quolibet secreti tui verbo, ut sententia textus exterioris completa facias virgulam sic, vel è conuerso ut libet, tutius tamen videtur, ut nec puncta nec virgula fiant, & sit non in verbo secreti, sed raro periodi signum cuiuslibet modi, nec super primam litteram nec post ultimam pone, quemadmodum feci superius in occulto tenore. Lieber Ge-

trewer/rc.

Extensio

Extensio huius modi primi.

Modus ipse primus secreta scribendi sicut & ceteri pene omnes multiplici diuersitate potest variari, Ita ut is, qui supradictum ordinem secretandi perfecte intelligit, alios ex eo inserendos modos aut vix aut difficulter possit percipere. Potest enim unusquisque ad suum libitum hunc modum simul ut reliquos variare. Videlicet ut prima linea secreti sit conscia, secunda non, vel si ista fuerit, illa non sit, & sic consequenter occultator secretorum, prout voluerit, utatur alternis lineis vel totis vel dimidiatis à principio literarum suarum usque ad finem descendendo, vel à fine ascendendo ad principium. Adde etiam, quod ab viroque latere descendentes & ascendentes alterum secus sententias suas occultare potest tam variis tamque diuersis modis, ut in enodandis his Oedipo opus sit. Mei autem propositi nunc est primos simplices scribendi modos ostendere, & his qui digni & idonei sunt multa scire, occasionem tribuere, qua valiant ex minimis maxima elegantius cogitare.

Modus secundus alternis dictionibus, prudenter variatus in omnilingua facilis & tutissimus.

Secundus autem modus sine suspitione occulta scribendi est, ut dictiones narrationis textus in aperto propositi alterna positione varient: Ita videlicet ut cum primæ dictionis prima litera intentioni occulta testimonium perhibet, sequentis verbi litera prima ab officio secreti muneris vacet. P sicut quæ non sit à ministerio vacua, quarta manet ociosa, & sic consequenter, semper dictiones alternatis vicibus mixta secreto deseruiant, & publicæ orationi congruentes ab occultorum significatione prudenti ordine recedant, & iste modus in omni lingua mundi facilis continet & satis ad nunciandum quæ volueris secreta mihi tutius esse videtur, cuius exemplum tale est.

Exemplum secundi modi.

Libera nos Iesu dulcissime, extrema salus beatorum spirituum, & nostros creatus indulge, gemitusque pauperum exaudi, mitiga tribulationes nostras, renoua vetustatem morbos vitiorum sana, virtutes tribue, exules suscipe, reosque absolue. Bone Iesu, remitte misericorditer excessus quoslibet nostros,

B

stres,

stros, quoniam grauius peccauimus & sepe relapsi sumus: dulcissime saluator Iesu Christe salua nos, benignus esto rogantibus Iesum, & nos famulos tuos supplices conserua, homines sumus amenissime Iesu, iustitia normam transgredientes, misericorditer, erue nos tu altissima uirtus, quoniam uita nostra assidue infelicitate subiecta, corrumpitur. Misere nostri Iesu Christe saluator piissime, respice humilitatem fidelium animarum, & ne permittas diutius nos errare in luto seueritatis tentationis perniciosissima in amori sicuti male turbati, versamur, uitiis dediti, nostram parumpendimus salutem, mox euocandi ad rationis examen. Benigne creator esto propitius famulis tuis, & quam ocyus libera nos, decepit nos uanitas mundi, uiam namq; ueritatis nos deseruimus, & dulcissimum lumen animarum luto infixos erue, quoniam salus nostra tu es, in tuoq; nomine saluabimur, gaudium indeficiens & sempiterna fœlicitas, tu es nostra uita, sanctorum gloria, angelorum letitia, societas iustorum perfectissima, creator, saluator humani generis, Benignissime Iesu exaudi nos humiles ad te clamantes, libera nos de presenti & futuro naufragio, ut sine fine uiuamus, utinam respicias nos miserabiles seruos tuos exulantes, qui redemisti nos. zelati sumus uias tuas. Conserua nos omnipotens Deus maiestas infinita, miseratio incircumscripta, esto protectio nostra perpetua, Amen.

Tenor supradicti occultus.

Lieber Getreuer/Bringer dieses Brieffs hat etwas mißhandelt/ist vnser Befehl/du wöllst in gefänglichlich behalten vff vnser zukommen/2c.

Exemplum Secreti Latini.

Humana salutis amator, qui creauit omnia, uobis indixit obedientiam mandatorum, cui omnes tenemur obedire & obsequi. Premium sancta obedientia erit sempiterna fœlicitas timentibus Deum. Christe obedientiam in omnibus insitari studeamus, ut uitam aternam promissam nobis mereamur ingredi cum angelis per misericordiam Dei. Agamus pœnitentiam dum possumus, tempus uite est breuissimum, cito mors imparatos offendet, repente negligentes consumet. Iudicii animas transmittet, in pœnitentia agenda fratres non tardetis, uelociter enim ad uos mors ueniet, quem

nemo

nemo vestrum diu euadere potest. Dies ergo vestros transeuntes conspiciate, poenitentiam inchoate cum tempus habetis, ad quid diutius negligitis. O mors rerum horribilium terribilissima, quam velociter nos miseris consumis vester incolatus breuissimus est iudicio obnoxius, mors omnes ex animi submitit. Exaudi nos Christe piissime, Saluator, nobis poenitere cupientibus esto propitius, concede nobis timorem & amorem tuum benignissime redemptor, indulgentiam peccatorum supplicanti-bus tribue, alme creator generis humani exaudi nos, veniam nobis tribuens celerem. O Pater misericordissime esto nobis misericors, infirmitatem nostram adiua clementissime succurre misericorditer infirmis animabus nostris, quoniam tui sumus. Pater indulgentissime animabus fidelium requiem concede, angelis coniunge timoribus te adesse digneris.

Tenor supradicti occultus.

Hac nocte post duodecimam, veniam ad te circa ianuam, quæ ducit ad ortum, ubi me expectabis, age ut omnia sint parata.

Tertius modus est alternis dictionibus ita uti, ut prima semper vacet à significatione secreti.

Tertius modus occulte scribendi ex precedente, ut ita dixerim, oritur, in quo dictiones ad ministerium secreti alternis vicibus ut supra variantur, hoc tamen observandum est, ut prima narrationis dictione nihil ad secretam intentionem conferat, simpliciter & ultima completa sententia seu verbo secreti in fine vacet una cum sequente, quæ alterius verbi precedit exordium. Et iste modus tutissimus non facile à nesciente, artem deprehenditur, & huius modi ponemus exemplum.

Exemplum tertij modi.

Omnes morimur, quoniã omnes mortaliter reatũ noxa generalis simul edimus, nemoq; vivit nõ moriturus, omnes breui se, eliemur, originali delictũ baptismus indulget, quotidiana agenda poenitentia. Manet autẽ mors corporis quatenus humilitati Deum timeamus, qui eripuit nos peccando iam amissimus, virtuose conservando iterũ divino lumine vivemus. O Iesu rex

caelorum respice humilitatem nostram, tua miseratione vivimus. Indulgentiam morte tua percipientes. Heu cur non cum humilitate collaudamus creatorem nostrum miseri, qui peccata nostra humilitate proprio & redimens sanguine deviantes bonis, aeterna vita donavit nihil merentes. Ecce baiulans crucē Iesus moritur. O dulcissime saluator Iesu quid retribuam tibi, Iesus sine peccato innocens pro nobis moritur. Quid faciemus cum venerit ad rationis examen, veniet condignam reddere mercedem unicuique suorum commissorum operum, eruntque ibi nuda omnia, ac transibit aliquid innumeratum, cuius est horrendum iudicium. Ergo viventes pœnitentiam facite salutarem, quoniam districti iudicij examen nequaquam mutari potest, terge sletibus crimina. Eleemosynis pauperum lacrymas subleua, Deo semper esto devotus, diuina bonitas crimina indulgentia superat. Ergo dum tempus est pulsa misericordiam, pulsa pœnitendo. Esto gratus morti eius qui redemit te, inuoca eum cum sancta humilitate casto timore suffultus, Amen. Ioannes Trithemius.

Tenor supradicti occultus.

Morgen umb 8. wil ich mit 400. Pferden bey die
seyn für Creutzenach uff dem Feld bey dem Gericht/1c.

Quartus modus semper prima dictione in aperta narratione à secreto vacante duas mox occulto seruientes recipit, & verbo completo similiter vnā vacantem adiungit: ita videlicet, vt verbi sequentis prima dictio à secreti significatione sit vacua, quemadmodum & in tertio modo diximus obseruandum esse.

Iste autem modus sicut & ceteri in alios multos & varios mutari potest, Idem quibus dicere per singulos nullo modo esset possibile, id tamen de isto posuimus exemplum, in quo labor non erit modicus, nisi ipsius modi qualitas diligenter fuerit considerata, in qua semper post vnā vacantem dictionem,
duo

duo sequenter valentes. Duo enim vacantes solum in fine verbi mysterij per duo pariter completi ponuntur, sicut patebit.

Exemplum Quarti.

Passio Iesu Christi genus humanum vivificans, cuius vita innocenter afflicta liberavit nos ab omni calamitate quoniam huius humilitatem saluabitur in necessitate, sed deturbabuntur vitiosi, eritq; mors bonorum copiosa. Laudem C. I. dicamus, qui animas nostras redemit: Gratias agamus ergo nostro redemptori pijsimo, qui omnes redemit qui Tyrannidi erant subiecti, nomen eius benedictum laudauerunt omnes, & pœnitentiam faciamus de excessibus nostris, quotidie curemus virtuose vivere in amorem redemptoris, cuius timor mundat conscientiam Iustificans nos suaviter, emendemus vitam nostram cum deuotione lugentes, quatenus ad iustitiam conuersi solutionem mereamur peccatorum in charitate & humilitate iugiter perseuerantes, non deficiemus. Ioh. Trith. Abb.

L. in Alphabeto naturali valet II.

Tenor supradicti secretus.

Zeh wil noch Heint vmb II. an der Pforten klopfen/
wart mein/vnd laß mich ein/II. & sic de reliquis.

Modus quintus prima vacante per 2. significantes procedit quodlibet vacante alterno concludit.

Quintus modus non multum quarto d. similis prima vacante per duas significantias ex more procedit, secreti cuiuslibet verbum una vacante concludens siue equalium semper due significantie dictiones una vacante clauduntur, sin res in equalium vltima significantia solitaria inter duas stabit vacantes, huiusmodi quoq; ponamus exemplum.

Exemplum Quinti.

Iuste viuentes fœlicitatem consequentur, nulla exaltabit virtus alibi quam humilitas, sola nisi temeritas condemnabit. Si fœlicitates requiris amorem, iustitiam tene, & altissimam gloriam consequeris, semper Zelator veritatis esto, noli amare mendacium, corrumpit honestatem pudicam, tempe-

B 3

rantiams

vanitatem dissoluit. Fuge vanitatem mundi, quoniam brevissima est. Amator esto Iesu Christi nostri saluatoris elementissimi. Cole virtutes, vitia fuge, innocentiam caue, & in corde sanctam humilitatem custodi. Saluatorem animarum nostrarum dilige, cuius dilectio est vita manens perpetua. Contemne gaudia repente transitura, ama beatitudinis futura aternitatem nobis promissam. Cane semper insidias hostis antiqui, cuius veneni nocumntum facile deuincit humilitas. Esto vigilans, ut sauitia arguti hostis non perimat, quoniam ipse semper vigilat, cuius Zelus impiissimus vehementer timendus. Cordialiter Deum ama, ipse semper manet. Amor seculi cito consumitur, honor, laus, ceteraque omnia subito terminantur. Malus Zelus via damnationis. Homo superbia tumidus mortalium vermium remorsum patitur, miser & infelix nunquam liberabitur. Homo superbus omnium pessimus ardebit sine intermissione, & nunquam gloriam felicitatis aeterna conspicies, cum Daemonibus extra proicitur, cruciatur, nunquam liberandus. Ergo ue nobis superbis aeterno supplicio damnandi tenebra & horror replebit vos. O vanitas vanitatum, quam aeterna lamenta sequuntur, despicienda es, quoniam rationem obnubilas. Ioannes Trithemius.

Tenor supradicti occultus.

Thuff nechst Frentag zu Nacht vmb Eins/ wil ich an dem Graben seyn/ vnd wenn es zeit ist das Schloss zu stürmen/so singend den Westertweller/2c.

Modus sextus post duas vacantes, binas significantes semper recipit, siue verba sint, siue non sint.

Sextus modus ut duabus primis, ad suspicionem vitandam vacantibus duae sequentes in ordine secreti significant, & siquidem per aequalium syllabarum dictiones verbum occulte compleuerint, ipsum verbum binis ociosis ex more concluditur, sin minus donec aequalitas coincidat narratio per duo pluraue mysteria. ubi vacantes verbum aliquod latens terminant, mox quod sequitur a signifi. antibus inchoatur, huius quoque mysterii offeramus exemplum.

Exemplum sextum.

Summa,

Summa, H. G. nunquam moritur. Virtus est Deum pure amare, illius gloriam in omnibus exquirere, res mundi contemnere. Humilitas enim in cælis regnabit, innocenti a pura sublimabitur, sincera mens luminis illustrabitur, deuotionis feruore remunerabitur, actionesq; nostra diuinis confirmantur, Dei amor magna operari solet, infirma contemnit, omnia respicit futura bona, fideliter vitia restringit, virtutibusque resistit. Christus in Euangelio dixit: Non oportere nos sollicitare circa humanas superfluas curas habentes, inquit sanctus Apostolus, necessaria tantum sumus contenti. Habeamus itaque Dei amorem & zelum animarum quibus vitam sempiternam, iucundamq; felicitatem post animæ terribilem exitum nobis humili conuersatione tandem euadentes mortem comparare mereamur. Simus intenti operibus bonis ne vitia nos obruant. Vincamus innocenter in omni religione tanquam Christiani morituri. Deum amemus super omnia seruientes sanctis mandatis eius cum humilitate nobis infundat. Large omnia bona dat superuentibus sibi. Despiciamus igitur diuitias varias mundi fallacis rutilantis clades honoris, omniaq; nostrum propositum corrumpentia. Viuere virtuose, mandatis obedire, iniuriam nulli facere, Deum timere, elemosynam dare, familiam regere, bonis fauere, prauorum vitia redarguere, orationibus vacare, gloriam mundi contemnere, pœnitentibus indulgere, thesauri sunt Christianorum. Vana enim gloria mundi, repente erunt, false quoque diuitie, quas breui etiam relinquimus inuiti sola innocentia est, mortales beatificans, in nobis nostra sit gloriatio & diuitiarum possessio nobiscum omni tempore permansura, mentis eleuatio ad Deum nunquam intermittenda. Ioan. Trith.

Tenor supradicti occultus.

Gnädiger Herr! Es sey dann daß ihr zu II. noch heynd zu Spanhelten seyd/ Wird das Schloss durch die von Württemberg mit verrätheren eingenommen werden.

Modus septimus verbum mysticum per duas & duas secundum syllabas harum numerum variè concludit.

Septimus modus a duobus vacantibus incipit, & quodlibet verbum secretum a quibus syllabum per duas significatiuas, per vnā vero equalium syllabarum significantem, alteramq; ociosam finit, is quoq; modus sicut & ceteri

omnes.

omnes poterit multiplici dē seruitate variari pro ut unicuique industrio vi-
sum fuerit pro sui secreti occultatione conuenire, sed iam huius modi sequen-
ter ponamus exemplum.

Exemplum Septimum.

I. C. Lumen indeficiens omnium sanctorum beatitudo ac creator v-
• uersitatis & rector miserere nobis, nos infirmos & flen-
tes misericordiam tuam rogamus largire nobis virtutem vincendi tentati-
ones Diaboli, ut euctis duris laboribus requiem mereamur, O saluator dul-
cissime precor seruos humiles respice inutilesq; famulos, sis in nos misericors,
quoniam tibi famulari totis desiderijs optamus, fac nos habere amoris tui fa-
uorem in nobis iugiter ardentem, da nobis vinculum validum fraterne cha-
ritatis. Iesu Rex cœlorum omnipotens fac nos veraciter esse humiles, munda-
nariq; rerum strenuos contemptores, quatenus tuo amore semper ardentes
nil diligamus hic, nilq; estimemus nobis temporale iucundum. O Preceptor
humilitatis Iesu mitissime, nos doce tuam imitari doctrinam, sumus enim va-
D. in V. valet 9. rijs malis obnoxij, paucis bonis intēti. Salua nos domine ne pereamus. O sum-
ma veritas viuifica nos, dulce animarum refugium, esto nobis turris fortitu-
dinis. Tu enim fortissima virtus nostra, tu salus es anima mea mentisque re-
creatio saluberrima, tu ineffabile gaudium Angelorum, & omnium requi-
es fideiū. Tu latitia sanctu te amantium. Tu inextinguibile nomen ciuium
supernorum, Tu mortuorum viuificator, fragiliūq; clementissimus susten-
tator, Tu Iesu dulcissime, adiuua nos fragiles seruos tuos, quatenus per viam
veritatis sine offensione incedere recto tramite mereamur. O piissime Domi-
ne Iesu mitiga durissimum exilium meum, & cum finis istius vite mea cepe-
rit appropinquare & nobis succurrere misericorditer digneris tunc, quoniam
partes faciem virtutis tue magnifice rutilantē virtuose cernent, fugientq;
procul omnes malorum intentores, & mox exterminabuntur quoniam pro-
tector nost. r es. Rogamus per virtutem nobilissima mortis tue dulciss. non de-
spicias seruos tuos die exitus nostri, sed nos Iesu domine singulos sanguis tuus
& redimat atq; lauet, excessus nostri omnes in superna gaudia cœlestis patris
expectantibus nobis pie concedant, Amen.

Tenor supradicti occultus.

Lieber Getreuer/ dein Geschäften haben wir ver-
standen/

standen/Heynd vmb 9. wart vnser gar stille / auff das
wir dem Feind fürkommen/vnd sien nderlegen.

Modus octauus per tres vacantes totidem-
que significatiuas dictiones alter-
natim procedit.

Quemadmodum sextus per duas, ita videlicet ut unum quodcunque
verbum mysticum aequalium syllabarum aperta narrationis sententi-
am ita compleat, ut sine fine tres vacantibus locis fuerint sequens non ab oci-
osis, sed à tribus significatiuis inchretur. Si verbum secreti inaequalium
fuerit syllabarum, tot in consortium sui recipiet, donec syllaba ante periodum
aliquo modo tandem fiant aequales.

Exemplum octauum.

Omnipotens sempiternae Deus benignissime remunerator aequitatis,
qui filium tuum nostri generis esse participem voluisti, ut redimat
diu in perditione miserrima constitutos sola bonitate redundans, formam no-
stram suscipiens incorruptam ex flore virginalis uteri Archangelo sancto
Gabriele insinuante, quae virgo conceptura beatissimo spiritu in aeternum
virgo permaneret, immunis criminis, hominibus angelisque praeminentior
vniuersis genuit regem omnipotentem Deum & hominem, sanctissima & re-
uerendissima virgo Maria viriles consortii omnino nescia sine dolore pa-
riens, semperq; talis altissima immaculata consistens. Mater virgo sancta Ie-
su Christi Dei virtute creata, humilibus omni nota loco, hominibus aliis cha-
ritate plena, omni laude dignissima existens, semperq; virgo permanens, an-
gelorum beatissima es, quam tunc filius in omnibus quae postulauerit largissi-
ma dignatione admittit, eamque ut matrem reuerendissimam veneratur o-
mnibus creaturis excellentiorem, qui nihil unquam exoranti negare con-
suevit, sed repente sanctiss. voluntati eius consentit, omnia concedens, huius
tandem pauperum advocata meritis. Igitur nobilissima virginis Maria pra-
clare merita venerantes, Domine Imperator vniuersitatis oramus, ut lumen
veritatis nobis infundas, sordes criminum detergas, gratiam & maxime o-
mni tempore te requirentibus veraciter impendas, tentationes auferas, vir-
tutem vincendi exorantibus nobis concedas, amorem tuum nobis induas, ca-
stitatem

stilitatem, obedientiam, temperantiam, benignitatem, humilitatem, abstinentiam, ceterasque virtutes omnium lacrymis deuota exercitatione nobis miser corditer largiaris. Amen.

Tenor supradicti occultus.

Bringer dieses Brieffs / gibt sich grosser Kunst auß / ich halte aber nicht viel darvon / versucht ihn wol / getraswet nicht. Ioh. Trith.

Nonus modus à tribus vacantibus incipit, & per totidem significantes alternatis vicibus singulariter procedit.

Nonus modus à tribus vacantibus cum octauo incipit, & per totidem significantias alternatim discurrens singula verba mystica ante periodum concludit, æquissyllabum, hoc est, trium & trium per totidem ociosas concluditur, redundantes vero, si dua per duas, & si una per unam similiter vacantem terminatur, ita si vis ut sequens mystica dictio semper tribus vacantibus inchoetur, de quo consequens ponamus exemplum.

Exemplum nonum.

Salutem & charitatem dilectissime & singularissime amice, presentium salutor Euerhardus Rubicensis vir optimus in amicos nostros beneficus & gloriosus, quem ut humane excipias rogo, tibi suam exponet necessitatem, quæ cum mihi veteri olim necessitatem & defectus ingruentes releuare, pro viribus cupio, uellem me posse consolationem calamitatibus eius adhibere, sed cum sine grauius, ut luce tibi clarius constat, damnis exhaustis nocumentisq; variis debitis prægrauatus, de sua pietatis zelo, vehementer sum confusus qui amicitia vim & nexus tenet, quatenus amico te libenter exhibeas humanum quemadmodum semper consueuisti, esse necessitatum amicorum adiutor. Itaque rogo mutua illi sub termino certo ducentos florenos, quoniam constitutus est maxima in necessitate, te quemadmodum docebit. Confido quoniam omnia restituet alacri integritate, qui postquam mouitus abste tandem fuerit. Quod si feceris, gratias habeo immortales age ut amorem sincerum in nos tuum negotio comprobemus. Quod illi feceris, mihi uelim scias factum, qui tibi immortales gratias agere curabo. Ipse autem amicus Euerhardus restituet, uide licet

delicet, mutuum. Soluet enim promissa in stabili stabilitate tenere nec fallere nouit. Caterum cum novos gaudeas audire rumores, dicam tibi miranda. Canem enutritum qui vocatur Eris, rusticorum inimicum, tanta eruditione, doctrina, omniumque rerum memoria peritum, ut bestiam exuisse nobis uideatur, hominemque induisse, Graeca intelligit & Latina uerba nouit, delictorum veniam humiliter petit, quicquid iussero facit, me annuente gestibus, commissa fideliter custodit, nemini ipse temere pandit secreta, que ei imponuntur & creduntur baiul. exhibere Zelotem se mei defensorem amat, ludit egregiter, aliaque facit miranda nescientibus incredibilia. Vale.

Tenor supradicti occultus.

Dieser begert von dir 2. Gulden zu entlehen / ist mein Rath / gehe sein müßig / er ist gar verdorben / vnd mag nicht bezahlen.

Decimus modus per quatuor vacantes incipiens progreditur, & significatiuis ociosisque terminatur.

Decimus modus à quatuor ociosis incipit, & per totidem significatiuas ex ordine procedit ad instar octauæ in tribus, ita uidelicet, ut dum uerbum mysticum, terminatur in uocalem sequens inchoetur à significatiuis, quod si finiatur in significantibus istud incipiatur à quatuor ociosis, si autem pauciores literæ quàm quatuor circa finem permanserint, totidem ociosis poterit concludi, etiam in eiusdem significantium numero dimitti. Ponamus Exemplum.

Exemplum decimi.

SD. Cum scire utilia sit honestissimum exornare ingenium, nilque turpius hominibus contingere ignorantia decemus. Vanitas mundi bonis egregiisque semper aduersatur ingenii, quoniam intellectum nobilem sordibus ingurgitat, mentem obnubilat, memoriã dissipat, sensus turbat, disciplinam prostermit, corpus debilitat, animum effeminat, religionemque, pietatemque, arcem fabulis ex homine syluanam facit, tempus omne rebus uanis consumit, carnis solatia querit, omnemque nitorem catholice institutionis in perdendo transgreditur, non Deum reueretur, contemnit homines, beneficiorum obliuiscitur, malis conscientia perturbatur, aeterna respuit gaudia, gloriaque ueneratur humanam, uitiis pascitur, & sordibus turpitudine omnifaria comaculatur,

de futuris nil recogitat, bonis eternis nudatus sola temporalia cupide amat. Tu vero amicorum optime noli insistere transitoriisq; curis, sed exalta habilitatem rationis in te sanctis bonisque moribus institutionem tuam declara, & contempto seculo intimum, literis sic orna nobiliter tuum ingenium, quod natura donauit, monens ut quod possessione exteriori monstras, humilis imitans corde veraciter exhibeas, quoniam nemo gratiosum existimat bonum de corde falso prolatum esse non dicit philosophorum.

Tenor supradicti occultus.

Heynd vmb Eins ist der Pastor von Kirchberg gestorben/nit eyl so sehr mit dem hingeben. Ioh. Tr.

Vndecimus modus per quatuor alternatim discurret, & verbum significantibus vinctum, vacuis concludit.

VNdecimus modus à quatuor vacantibus semper incipitur, & per totidem significantibus alternatim procedens, in ociosis ultimis significantibus pares terminatur: omnia enim occulta capiant, à quatuor ociosis initium, & quod literas significantibus supra quatuor restantes inueneris, tot vacuas ad finem noueris apponendas, de quo ponatur exemplum.

Exemplum vndecimi modi.

SD. Mitto tibi orationem, quam edidi in nuptiis eiusdem mei amici: O-
mnium creator Deus, humani generis redemptor optimusq; saluator, ne species ipsa periret, etiam nuptiarum usum consecrauit. Legimus enim quod primo homini etiam immandauerit matrimonium dixeritque, Crescite & multiplicamini. Legem indicens conseruanda humanitatis & in Evangelio dignatus est nuptias sanctificare miraculis de Deo bene merentes: seruantes castitatem, hominibus autem plus confert qui pudicium eorum Zelum humanitatis assument. Vos ergo qui connubium beatum exemplo nostri assumitis & mandato saluatoris qui nonnunquam miraculis, ego vero verbis institutum religionis ad nuptiarum honorem collaudabo. Hominibus vobis quibus natis igitur nuptias debemus & magnum coniugium puerum religiosumq;
genus

genus quo humanum seruator : nisi enim usus nuptiarum extitisset, ruisset totum & periisset genus nostrum nullo opitulante, sed agite vos fecundas ut nuptias decoretis sint veneranda moribus recte, exemplis notabilibus, concordia pacis. Imprimis Deum colite, contumeliam odite, multum pecuniarum eleemosynis pauperibus semperq; impendite, virtuose uiuite, iustitiam seruate, beneficentiam amate, laudes Deo semper dicite, de vestro eleemosynam date. Mandatis Dei obedite, veritatem nolite deserere, Dei ministros honorate, Ecclesiis decimas soluite, peregrinos hospitare, innoxios liberate, famelicos pascite, maioribus vestris obedite, proximos vestros honeste diligite, iniuriam nulli penitus irrogantes, religionem Christianam deuotissime colite vanos nolite sequi errores quoslibet inuentes. Doctrinam Euangelij seruate, ac uiuite secundum precepta Dei. Voluptates carnis despiciate, vos honestos & benignos exhibete, cordis puritatem obseruate. Iucundum nihil amantes, mementote eius quod in S. Euangelio C. I. nobis mandauerit dicens: qui demum munditiam voluptuosa vita animaq; in lutofo corpore propter Deum custodimus: puritas autem cordis semper honorifica humili oratione nutriri debet, quia mens orationibus purificatur, & remedium temptationum aufert oratio validissime: ideoq; vobis S. Apostolus dicit, ut semper esse intenti sanctis orationibus debeatis, ne tentatione aliqua deficiatis. Coniungamus vos matrimonio, quatenus generis vestri largiente propaginem conseruetis, non ut debeatis effluere noxiis voluptatibus voluptates substantie nobilem dignitatem futuram. Itaq; memores sciteque vos viatores esse reuertentes ad patriam, ad quam estis vocati: breuis namq; est vita istius seculi cito finitur. Sic ergo in matrimonio uiuite, ut à regno Dei non tandem vos excludi contingat. Vale.

Tenor supradieti occultus.

Ein grossen heymlichen Schatz haben wir in der Erden funden/komme bald vnd hilff ihn vns rausz heben/seyn wol 100000. Gulden.

Duodecimus modus narrationem suam à quinque vacantibus inchoat, & per totidem significantes.

C 3 cantes.

cātes, alternatim procedens coniungit, quem admodum in decimo per quatuor demonstra- uimus esse faciendum, huius quoque modi consequens fingamus exemplum.

Exemplum XII.

S D. Commo daueram tibi codicem meum de gestis Longobardorum, & solumen Bedæ de temporibus, qua oro remittas. Decet enim sapientem esse mure in his qua promisit, fortiorem beneficiorum obliuisci. Daplex est negotiorum iniquitas, Indignitatis uidelicet & ingratitude. Na ingratum te esse rectis qui fidem non seruasti promissam, leuitatis uitio grauissime te Gracæus noster arguit, qui mutuum totiens ex postulatus restituere nobis iuxta fidem promissam temere contempsisti. Vale.

Tenor supradicti occultus.

Glaube diesem Botten nicht/er leugt gerne.

Decimustertius Modus.

N Arrationem suam à quinque vacantibus incipit ei mysticum uerbum per totidem significatinas si tot eiusdem litera fuerint cum undecimo concludit, porro si pauciores quam quinque, litera mysterii fuerint, uel si aliqua post quinque remanserint, tot uacuis concludenda sunt, quod significantes numero immeditate precesserunt, semper autem uerbum mysticum, quotcunque significantes habuerit à quinque vacantibus, nihilominus inchoatur. Huius quoque modi sequens fingamus exemplum.

Exemplum XIII.

S D. Maximum decus nobilium est Philosophia, dedecus ignorantia efficiens omnium malorum causa. Quid enim pulcrius, quam literis uirtutibusque operam nauare eos qui militant. Hoc Plinius, hoc ceteri nobilissimi uiri reperiuntur egisse, non solum armis sed eruditione quoque Barbaros oppugnantes, referentes gestarum suarum memoriam posteritati commendarunt. Quorum tamen promouatus exemplo literas humanitatis artesque bonis euoluere, non cessas armis strenuus studio, sic ueteres omnes principes

principes sapientissime consuevere opes non thesauris seruandas includere, sed in usum literarum conferre honestissimum ad felicitatem tendentibus iter existimantes beneficium literarum, quo efficitur Respub. immortalis. Enimvero scientia scripturarum ex infirmis viros fortiss. complures euect. Ignorantia autem hominis viui sepultura dicitur. Ignominiosam calamitatem hominibus adfert, bestiisq. similes facit, vera nobilitas animus eruditione & virtutibus splendidum facere & consuevit. Infinitus est fructus literarum; qui gloriam & sanctitatem animis nostris comparat in caelis seq. immortalem terrigenis ostendit. Adde quod amor scripture, cum carnis incendia, noxia spiritui, extinguit, sola scientia veteribus illis philosophis memoriam optimam nominisq. immortalitatem contulit apud omnem posteritatem, cunctis semper hominibus venerandam. Maioribus quoque studium philosophia reddit gloriosos & splendidos tranquillitatis amatores, instos, mansuetos passionum animi victores, luxus turpitudinisque fortissimos contemptores, facilis his ad Deum conscensus, sancta exercitia honestatis exemplar, omniumq. virtutum norma, splendet in contemplatione caelestium dulciter eleuatum. Diuinarum illustrationem consequuntur honorem Deo chari, hominibus reuerendi. Hac imitare, literis incumbas, felicitatem vita operationibus rectis confirma. Vale. Ioh. Trith. Abb. scripsi.

Tenor supradicti occultus.

Die von Nürnberg haben Kundschaffer auff dich außgesandt/in mancher gestalt/sich dich vor/zt.

Modus XIV. inter duas vacantes quodlibet verbum mysticum concludit suis significatiuis.

Modus 14. semper a vacante sumit exordium, & per ordinem significatiuum ritè procedens per vnā vacantem, verbum in fine concludit occultandum. Caterum precedentes tredecim modos, non solum variare sed & amplificare poterunt in hac arte studiosi, ut ea que vario numero, ubi nos demonstrationem terminauimus incipientes vsque ad eum quem voluerint numerum per 7. 8. 9. 10. aut plures alternatim, quocunque voluerint, ascendant.

Exemplum

Clavis Steganographiæ Exemplum XIV.

S D. Literis incumbas cum humili submissione, esto benignus, ignorantiam diligentissime cave. Nam doctrina instituto celebri, honestate sublimis, Eruditio moribus illustris, cunctis honoribus preferenda, parum valet vitijs immersa scientia, sedula eruditio nobilem facit semper vita virtutibus insignita exemplis decora, eruditionis; decora innocentie aestimatio perhibetur, quoniam sanctis actionibus conservandus honor cœlestis, infructuosa scientia tormentis erit obnoxia, sed virtutibus vivificas in elevatis scientijs amica literis perficit vitijs maculatum, spernenda voluptates, virtutum exercitamentis insistendum seu suavitates donanda. Vale ex Sponheim 7. Calend. Januarij, Anno Christi M. CCCC. XCVIII. Joh. Trich.

Tenor supradicti occultus

Ich bitte dich laß mich wissen/wie die Sach stehet/
wie du wol weißt.

Modus XV. Ab unitate signante incipit usque ad octonarium numerum alternatim procedit.

Modus 15. Unum premitit, ociosum alterum, subdit significativum, deinde duas alternativas consequentur tres & sic usque ad octo, porro ab octonario per septem, deinde per sex, & ita consequenter usque ad unitatem, iterum fit descensus, & rursus eodem modo ascensus & descensus ad unitatem, quoties necessarium fuerit.

Exemplum XV.

Illustrissime Princeps, cum humili subiectione salutem, bonis iure disciplinis instituendis sunt principes, & virtutibus eruditioneque Remp. iuste teneant sciantque gubernare, gloriosissima namque authoritas ducum est, armis & literis simul incumbere, bello exterminare hostem, artibusque literarum decorare animum fortitudine simul & sapientia regnare. Deus illustrator excellentissimus cordium omnium nobilem scientiam tribuit nobis, quam gratie vestre pro viribus curabo. Habet enim insigne ministerium lucidum
intellectu

intellectum cunctis hominibus merito occultandum videlicet, ne male utendo subvertantur bene intelligitis secretum diuinae artis satis beneuolis principibus, pudicis, iustis, eruditis, dignisque esse reuelandum, ut cauere hominum gravissimos errores, mala consilia, insidiasque, prauorum callide possint, atque conatus hostium turbare valeant, qui Remp. sedulo turbant, & que in rebus tuendis silentio secure mittant epistolas. Igitur charissime honorificentissime princeps, ego cum homo amator secretorum scientiae benignitate nouerim optimis artibus fauere conabar hanc scientiam ab omnibus occultam exhibere lucidam soli amabili genere V. diligentissime, qua magnis virtutibus vincit omnes nobiles, reges & principes nostrae tempestatis deuotiones, excellens religione, liberalitate, iustitia, quousque nobilitate admirabiliter & literarum eruditione spectabilis. Deus intelligend. nobis gratiam exhibuit, Artes varias non inutiles proposuit. Debemus autem res zelo e peragere, motibusque sanctis incumbere, ut felicitatem vitae electis post mortem nobis dispositam ingredi mereamur, eritque scientia nobis adminiculo, Amen. Vale.

Tenor supradieti occultus.

Ich bitte euwer Gnad / behaltet die Kunst heimlich
bisz das Buch gemacht wird / ich hab noch wunderbarlich
Ding darzu funden.

Modus XVI. cum praecedenti in processu
concordat, sed e contrario semper à
vacantibus inchoat.

Tertius modus à praecedenti est, quo ad principium, oppositus, quia ille prima narrationem suam à significatiuis incipit. Isse autem ab ociosis, ita ut dictio sit semper vacua, secunda vero significatiua, sicque ab unitate usque ad octonarium fiat ascensus, à quo iterum usque ad unitatem descensus, & hoc toties quousque narratio proposita finiatur, & huiusmodi consequens fingamus exemplum.

Exemplum XVI.

Ad vitam aeternam solis virtutibus ascenditur, quoniam virtutis dediti
nequaquam digni aestimati sunt regno Dei, & superbia eorum est re-
D pulsa,

pulsa, zelantur iniquitatem Daemonum, eruntque semper perturbati zelotes, vermesque dira impietatis remordebunt, Conscijs eorum nunquam in æternum requiescent, sed obcecati maximis punientur tormentis, sempiterna oblivione, in inferno nulla redemptio est, sed perpetuus luctus & incessabilis gemitus & ignis nunquam extinguendus. Ibi tenebra & nox sempiterna timor & grauissima ærumna, frigus algorque, nullus gradus erit, nam semper carere perpetuis bonis, incendium sustinere vel frigus vel Zelumque vituperabilem, Carnalis quoniam breuissima voluptas est pro obiectamento misera maximis ærumnis incessitabantur, salua autem nostrorum manes iugiter vitissima, Valet.

Tenor supradicti occultus.

Wann dieser zu dir kompt/so leg ihn gefangen bisß
vff mein zukommen/xc. Et sic de reliquis quantum
placuit.

Modus XVII. Primum modum per singulas dictiones imitatur literis semper in præcedente.

Decimus & septimus modus ad instar primi per singulas dictiones primas literas incipit, sed literas alphabeti callide disponit. Ita ut pro a, accipiat b. pro b, capiat c. & sic consequenter vsque ad finem alphabeti, porro pro z, capiat A. & cum tali modo scribere volueris, ut eo facilius queas alphabetum consequi ord. natum mente considera.

A b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x z.

b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x z A.

Pro A, capiatur b. litera sequens immediate pro B, C. pro C. D. & sic consequenter, sicut patet in exemplo.

Exemplum XVII.

Maiestas catholica fidei cunctis firmior factis sanctis hominibus felicitatem vite sempiterna, Christo fauente spondit, tenentibus catholicam fidem, Christus gloriosus omnipotens futura tribuit vitam, nemo prauorum operum vitam beatam habebit, homo fidelis sequitur Christum tenendo virtutem operibus bona declaratur intentio, & catholicum nomen.

Christia-

Christiana fide seruetur. Nam prauus homo fidem obnubilat Christus turpitudinē odit, amatq; Christianus affectus catholicos opere tenentes virtutē.

Tenor supradicti occultus.

Lieber Getreuer/ sey vff nechst Montag gerufft nach deinem vermögen vns zu Dienst. Et sic de reliquis. Hæc est secreti intentio.

Modus XIIII. Transpositus literis vt præcedens in alternis significantibus instar secundi vtitur.

Modus 18. supradictus, seu qualibet alia translatione literarū vtitur, & ad instar secundi alternis significantibus, sed & ociosis variatur ita videlicet, vt narratio à significantina dictione cuius litera prima non sit transposita, & quod est ociosa & nihil facit ad secreti narrationem.

Exemplum XIIII.

SD. *Quæsiisti nuper frater amantissimo, utrum haberem faustinum de Spiritibus. Heu dudum amisi, magna eruditionis factum in quarta Codicem, & timeo quod benignitate mea euaserit in fures hospitio meo receptos. Codex erat speciosus ideoque furibus placens ornatissime scriptus, honeste ligatus, fuluo corio superductus, sed elapsus est catholico furante transitore, moestus conqueror, quoniam sublatus ad Calendas Græcas forsitan meo gnato restituetur tandem. Nam Calendis illis temere ablata vulgo restituentur, Fac ergo Calendas Græcas & speriamur. Heu totidem Codicem optimum pessimus homo nam sub dolo furatus est suspendio dignus, Tanta impietas duplici merito iure inueniendo bonis inuisa malis peiora deuenientibus seuior lucis indigna communi tempore bestiis immanissimis deuoranda semperque in abstrusis voraginibus laceranda, Christus implacabili odio prosequatur eū, capimus omnia Demones bestiis crudelissimis horribiliores gaudis sit priuatus, nunquā benedicti misericordiā consequatur, Faustinus autē catalogo sanctorū ornatissime misceatur. Christus Iesus faciat eū semper esse beatum quoniam diligentissime pertractauit Iouis maximi ut ensilia clara, formosissimamq; naturam secreta spirituum. Ideoq; exterminetur ille fur iniquus tormentis sempiternis. O codex bone, ubi nunc latitas, faustinum penes me habui euasit nono catalogo vestro ipse faustinus obscuratus turpiter. Vale.*

D 2

Tenor

Tenor supradicti occultus

Peter Kleipfeyel bringer dieses Brieffs/ ist ein böser
Schalk/ Tag vnd Nacht voll/ ein Verächter des Na-
mens Gottes.

Modus XIX. semper post vnam vacantem
duas ponit significatiuas literis præ-
dicto modo translatis.

Modus 19. vnam vacantem præmittit, cui semper duas significati-
uas transpositis literis ad placidum subiungit, ita; ut semper post v-
nam ociosam transpositam dua sequantur significantes & transposita. Hec
autem transpositio quasi in infinitum potest variari, quemadmodum in se-
quentibus dicemus, & de isto modo consequens ponamus exemplum, in quo
transpositionem literarum superius dictam obseruabimus, ut loco cuiuslibet
literæ semper sequens eandem immediate accipiatur.

Exemplum XIX.

Sanctissimis moribus catholica fides est confirmanda, operibusque fer-
uentibus semper seruanda, multi homines fidem sine virtute vna seruantes
merito Christiani falsi dicti sunt, inter quos catholica fides odiosa hominibus
viridario Christiano multa nocumenta conuulerunt. Diuinus amor fidem
probat, iustitiam firmat, bonaq; opera cum deuotionis furore, catholicam
doctrinam efficit; pulcherrimam, cum operibus tamen debetur felicitas sem-
piterna, frustra nomen catholicum portat vitiosus, Gloria enim catholica fi-
dei operibus sanctis innocentibusque promittitur, nam fides sine operibus
estimatur mortua, felicitati sempiternæ coitura quicumq; patriam amat.
supernam virtutem Christianæ fidei operibus demonstrat.

Tenor supradicti occultus.

Lieber Getreuer / heut omb zehen wart vnser mit
vierhundert Pferden an der Pforten.

Modus

Modus XX. transpositis literis significatorum
semper post duas vacantes significati-
uas totidem ponit.

Modus 20. post duas ociosas in principio positas duas significativas ponit
semper literis transpositis, eodem modo quo diximus, ita videlicet, ut pro
qualibet capiatur proxima immediate sequens, verba vero in narratione
vacua literam non transponunt, sicut & in superioribus dictum, & factum
est, etiam huius vicissim modi ponamus sequens exemplum.

Exemplum XX.

S D. Mitto tibi frater catalogum meum de optimis illustribusque viris
Germanie fidei catholice maximis propugnatoribus numero multis
sanctorumque inscribi catalogo dignis, quoniam divinitus illustrati, luce-
bant sicut sol, ostendentes viam salutis tramite virtutum esse tenendam
in bonis operibus sedulo conuersabantur, catholica institutione viuentes
diligentissimi inquisitores veritatis, quorum gloria Christus erat, opes a-
more contemnere terrenas diuinisque exercitiis occupari, ideoque dignos
existimavi catalogo inscribi Doctores fama notabiles, eruditione prastan-
tes, beatitudinisque honore perpetuo felices, lumine fidei micantes, veros ca-
tholicos, operibus se probarunt. Nisi fides comprobetur sanctis operibus temeri-
tatis sue exemplum poenam mereat, codicem itaque cupide flagitatum tibi
transmitto, cum bonarum artium institutore manu Doctorum fidelissimo
atque ut cum tempore sicut Philosophus valeas feliciter viuere, fidemque ca-
tholicam operibus sanctis exornare. Humilitas catholicos mores decet, facit-
que timere Deum, qui turris fortitudinis est & fundamentum omnium bo-
norum, in quo manet tuta fides nostra, custodiens mandata Dei vere catho-
licus est. Vale.

Tenor supradicti occultus.

Ein heimliche Kunst hab ich funden / die kan kein
Mensch bezahlen / Stein giessen / als Bley.

D 3. Modus.

Modus XXI. Alternatis dictionibus significatiuis literis in secundum transpositis utitur.

Modus 21. alternis dictionibus utitur, quarum prima est vacua, secunda vero significatiua, tertium iterum vacua, quarta nequaquam ociosa, & sic consequenter usque ad finem propositæ narrationis, literæ in dictionem significatiuam primæ omnes sunt, in secundam consequentem transpositæ, ita ut pro litera A, accipiatur c. pro c, accipiatur e. & sic consequenter usque ad finem alphabeti, porro pro x, capiatur a. pro z vero b. Græca autem y, nobis ad vulgare nomen non est necessaria, ideoque in omnibus alphabetis sequentibus obmittenda, sed iam huiusmodi ponamus exemplum.

Exemplum XXI.

SD. Tuis respondere literis gauderem, ita Christus me gaudere faciat, transmitteremque volumina flagitata, si tandem habuissem, Zelatus sum reor proximis atque grauissimis occultis tractatoribus nuper Zelo bono quam habuere philosophi acuratissimi, habuerim autem tibi gratias longe immortales frater mi dulcissime, qui gloriam mutuam tenes amoris inuiolatam, hoc enim familiari negotio quod graui modestia diligentissime redemisse videris plane cognoui, qui facta laudo gratiasque habebo nunquam morituras, ideoque morem gerens tuis petitionibus mox esse cupere, si postulata nouit Christus, haberem, Eicini hic magistri translationem nusquam latinam vidi Pici Mirandulani, epistolam unicam me tamen fateor legisse, Idcirco ne graue feras tuas iam petitiones frustrari, veritas summa Christi tui, nil tenebra occultant, examinaterque cordium me tibi gratificari non potuisse cetera optima celare virtutem lucraque contemnere plurima velociter, laudem existima veram, pure Christum diligere, fac queso quatenus sacerdos existas operibus, Christumque pure, quem iuberis timere diligas verus amator Christi seruetur Zelo animarum, nihilque proponit Christi mandatis quoniam nouit timorem Dei Zelum animi optimum, amor beatitudinis Deum Zelotem amando vera anima regis enim cognitio saluatoris piaque obseruantia catholice fidei, gratiasque agere omnipotenti Deo Iesu Christo, gloriosus bonorum omnium largitor, conferat tibi eternitatis amorem, catalogoque felicitium Christianorum inscribat. Vale.

Tenor

Tenor supradicti occultus.

Peter Drucker von Fridburg Labsodel genant/
trinctt gern starcken Wein. Ist Doctor stultorum
zu Spanheim gemacht.

Modus XXII. Seruata literarum transpositio-
neiam dicta, post duas ociosas totidem
ponit significatiuas.

Modus 22. a reb. ociosis incipit & duas voc. significatiuas adiungit, sicq;
per duas vacuas & significanter totam narrationem apertam atque
occultam alternatis vicibus concludit, litera prima dictionum significatiua-
rum omnes in tertiam sunt posita. ita ut pro a, capiatur d. pro b. capiatur e.
pro c, vero f. & sic consequenter usq; ad finem, prout prima litera alphabeti
A, capiatur x. b. & pro z. c. quemadmodum in secretis rebus alphabetum o-
stendens quorum rubrum vsitatum nigrum hac vice occultum.

A d b c e f g e b f i g k h l i m k a l o m p n q o r p s q l. r n s x t z
n a x b z c.

Cum autem prescripto modo qui sequitur scribere volueris alphabetum
ante te ponas, & vide diligenter ut ordinem prescriptum teneas, ne facias le-
tiori & tibi errorem, sed iam huius 22. modi ponamus exemplum, quod
duabus alternis progreditur.

Exemplum XXII.

SD. Cum te amorem artium humanitatis nouerim deuotumq; Chri-
stiane fidei cultiorem mæcenatemq; beneuolentissimum omnium philo-
sophorum libens gratificari petitionibus tuis miranda voluptate amicitia
adductus librum de scriptoribus pernotatum ecclesiasticis catholicisque
doctoribus tibi hortandi, ecce transmitto ut habeas quo animum osten-
das, Codicem a tormentis in libris stultitij de spiritibus opusque gloriosum
euentum de horruisti quaestionibus mihi remittas, Christum de posco cor-
dis nostri oculos zelo sanctissimo sui amoris exornet, faciatque nos amo-
rem celestium bonorum atque desiderijs infimis exemptos, vanos honores
doscet contemnere, quatenus artis sublimia vice quoque grandia secreta
penetrare

penetrare queamus, huiusque continuum ad gloriam desiderium purificationis officij, quo catholicam fidem semper honestissimis exornemus moribus virtute humilitatis quotidie meliores officij, gaudia despiciamus caduca, non queramus placere hominibus. Tu magnus verusque Philosophus es, dimitte omnia, & inuenies omnia, horam suspicere proximam mortis quatenus errantem offendit. Vale.

Tenor supradicti occultus.

Was ich dir hab geben zu behalten / soltu bewahren /
vnd niemand geben dann mir allein.

Modus XXIII. Qualibet litera in quartū translata alternatis vicibus seu dictionibus, alternatis procedit.

Modus 23. ab una ociosa semper incipit, cui statim unam significatiuam adiungit, sicq; alternatis dictionibus procedit, quarum significatiuam prima litera semper in quartam transponuntur, ita ut pro a, capiatur e, pro b, f. pro c, g. & sic consequenter usq; ad x. pro quo accipiatur c. sicut in consequenti alphabeto clare demonstrabimus exemplum.

A e | b f | c g | d h | e i | f k | g l | h m | i n | k o | l p | m q | n r | o s | p r
q u | r x | s z. t a | u b | x c | z d.

Modus vero iste sicut & ceteri omnes multipliciter poterit variari, ut sicut iam alternis utitur, ita binis, trinis, quaternis, aut pluribus utatur signum tunc huius modi queratur, & aliorum semper immobiliter est obseruandum, quoniam non varietatem modi, sed ordinem respice mysterij.

Exemplum XXIII.

S. D. Ea, quæ mihi soluenda proposui, Christo adiuuante resolui, mihi quid ius profuisti facias sententiam remque omnem breuiter mihi rescribas velim, retulit mihi nuper frater gratus amicus quoque tunc non ultimus resuscitatum fuisse iuuenem, omnem Christi inuocationem ex mortuis referentem miranda horrendaque apud inferos prauorum Christianorum, narrantem tormento, orum, scilicet qui Christum peruerse agendo crucifixerunt illius maxima reos qui benignissima redemptionis beneficium oblitæ, extiterunt semper Christo ingrati, penitusque obcecati, neglexerunt.

futura

futura gaudia, voluptates mundi sequentes, quotidianis continuisque negligentis remordentibus amarissime flebant, cōdemnabimur, iuste cruciamur, merito crudelia patimur crudeles terrena atque mundana ambitiose inquisimus, mandatum Christi negleximus, humiles contempsimus, iniquitatem amamus, retributionemque accipimus eterna damnationis. Heu nos infelices, quare Christum negauimus, quare tempus indulgentie negleximus? &c. Multa alia inuenire suscitatus mira retulit, &c. Scribere hac vice nequeo maxime literis paucis. Vale.

Tenor supradieti occultus.

Nim Morgen umb Neun Uhr meiner wahr an der Pforten/ Da wil ich mit 200. Pferden heimlich stillschweigend erscheinen.

Modus XXIV. Omnes significantes recipit, & literam quamlibet in quintam sequentem transponit.

Modus 24. ad instar primi omnes dictiones preposita narrationis significantes recipit, sed literam cuiuslibet dictionis primam in quintam proxime sequentem transponit, ita videlicet. ut pro a, accipiatur f, pro b, g. pro c, h. & consequenter, sicut in alphabeto secundo demonstrauimus, ubi pro lue. ra rubra capiatur nigra & immediate supra posita.

Af. bg. ch. di. ek. fl. gm. hn. io. kp. lq. mr. ns. ot. pu. qx. rz. sa. tb. vc. xd. ze.

Cum itaque scribere vel legere isto modo volueris, hoc alphabetum ponas ante te, facile inuenies omnia signa cuiuslibet modi.

Exemplum XXIV.

SD. Sedulis obsequiis beneficiorū statuens honestatem neq, benef. Etorum contumelias laceffans recordare ob ecro sancte caritatis confratrū tuorum Zelantia bona eorumque honestatem nostra religionis catholice operibus sanctis ornantium assidue. Sed oro benigne frater, quatenus abiicias timorem mihi fratres bilingues odium amarit xas contentionesque auferunt bonitatem operibus malis, bonis esto quoridie splendidam famam quoq, aspectuam, animam ornato sanctitate, iustitia, continentia, zelumque habeo

E

nominis

nomini tui Zelato amicorum fratrumque honestissimum nomen optimam honestatis, nomen iustis operibus Zelari castitas corporis ornata quoque cum fieri moribus catholicis solet. Vale.

Tenor supradicti occultus.

Nicht achte auff mein Wort/ Ich meine es nicht also hart/ es muß jezund also seyn / durch vrsach wil ich dir sagen.

Modus XXV. Instar præcedentis omnes significatiuas recipit, sed quamlibet in sextam transponit.

Modus 25. instar præcedentis nullam vacuum recipit, sed omnes sunt significatiua dictiones quas admittit, quia non opus est ociosas aliquas interponere, cum non sit hoc in mundo, qui sine arte libri huius notitiam secretam his modis scriptam valeat inuenire, nihilominus quicumque ad maiorem cautelam vel propter facilitatem voluerit alternatim vel post duas aut plures vacantes totidem significatiuas interponere, non interdiciamus, maxime cum literam unicuique nouerimus ut ad placitum suum vel nomas, si potest, inueniat, vel istas, ut libuerit, immutes. Monemus tamen, ne signa modorum suo negligat loco apponere, ne & ipsi secum alios errare faciat, ut si isto modo scribat, quia per singulos & istius 25. quia literæ in sextam transponuntur sequentem, ut suo loco monstrabimus, sequuntur 25. modi Alphabeti superius dicti, in quo pro A. capiatur g. quia sexta est post a. pro b, capiatur h. & sic consequenter.

Ag. bh. ci. dk. el. fm. gn. ho. ip. kq. lr. ms. nt. ou. px. qz. ra. sb. tc. u d. xe. zf.

Cum igitur tam isto quam aliis modis scribere aliquid volueris proposito alphabeto ad hoc ordinato primas literas significatiuas in unam scedulam conscriptas, eorum te ponas, quemadmodum pro exemplo consequenter facimus.

H. l. o. g. r. c. g. r. r. h. h. a. p. l. m. p. i. o. k. p. a. b. l. t. k. l. o. l. p. s. r. p. i. o. d. t. k. r. g. b. b. p. l. f. g. s. k. b. l. o. l. s.

Exemplum

Exemplum latentis secreti.

Behalt alle Brieff die ich dir sende heimlich / vnd
laß sie niemand sehen. Huius occulti tandem fin-
gamus narrationem.

Exemplum XXV.

S D. Humiles lamentis optantes gratiam remissionis consequuntur, gra-
tia redemptionis restituitur libertas, homines autem pœnitentes libe-
rantur misericorditer, præcepta iustificatio pietatis à benignissimo libertatis
tributore, catholiceque legis omnes liberavit, piissimus saluator Rex potesta-
tis iudicaturus, omnia deuotè tenentibus catholicam rectitudinem gaudia
promisit beatitudinis bona potestas libertatis tenentibus legem sanctam gau-
debunt tandem catholici, benignissimum liberatorè osculabuntur luce tran-
quilla. Vale, ex Spanheim. 3. Nonas Ianuarij Anno Domini 1498. Io. Trith.
Abbas.

Modus XXVI. Alternis dictionibus pro-
greditur, & litera qualibet significan-
tium in 2. transfertur.

Modus 26. per alternas instar progreditur secundè, primo ponens unam
vacantem in principio, deinde alteram significatiuam, postea vero u-
nam vacantem iterum aliam significantem, & sic consequenter usque ad fi-
nè narrationis. Porro pro qualibet significantium litera prima capienda est,
postea in ordine septima videl. pro A, capiatur h. pro b, i, pro c, k & sic conse-
quenter, ut patebit in alphabeto sequenti, ubi nigra litera pro rubris capiuntur.

Rub. nig.

A h b i c k d l e m f n g o h p i q k r l s m t n u o x p z q a r b s c
t d u e x f z g.

Sed ut facile intelligas artem sciasq. modum narrationem secretam com-
ponendi vulgarem, scientiam consuetam tibi literis suis ad septimam trans-
positionem iam nunc subiiciam & ostendam.

L. m. r. m. b. e. c. q. b. d. l. q. k. p. n. q. s. r. b. h. o. m. v. sed

L. q. k. p. n. e. b. m. t. m. m. b. b. q. c. d. u. x. s. i. l. x. c. p. m. q. d. e. n. l. e. c. q. s. l. q. k. p.
i. m. b. n. h. b. m. v. i.

Cum isto modo volueris scribere literas dictionum vacantium, sicut dixi-

mus interpone ab una vacante semper incipiens cui mox primam significati-
uarum dictionum literam coniuges, quemadmodum nos in secundo exemplo
fecisse probabis.

Exemplum XXVI.

S P. Commendaueram tibi libros meos sub conditione restituendi mille
charissime bona, sed ecce minime eos restituisti, quos in breui remittere
debuisses, facis contra legem, quam fides catholica de promissione sanxit, noli
diutius quam promissisti spernere conditionem. Non decet bonum & hone-
stum virum ortum prosapia maiorum nobili violare promissum, promiseras
autem eos breui diligentissime restituendos, leuitatis est quotidie ad Calend.
Gracas promissionem adferre. Nonne satis expectavi cum benevolentia
grandi, magna promittere, turpe est minima reddere, militem ornat promif-
sum, nec decet Christianum non seruare conditionem. Iubet autem Chri-
stiana legis constitutio seruare promissa, reddere mutuum, & qua tibi desi-
deras fieri, & aliis vicissim facere liberaliter oportere. Ego libros ex postula
meos, quos tibi supplicandi commendaueram, longiorum excusationem,
quam ad Cal. Gracas pertendis non cupio, dimitte mentem meam breuibus,
tenes nobilitatem, tua honestissima familia, Bunnesind, considera genus tuum,
mih' q₃ volumina mea remitte. Vale.

Tenor supradicti occultus.

Dieser wil dich viel fangen/ hüte dich vor ihm/ er ist
voller Bosheit/ vund wil dich erfahren. Hæc est in-
tentio secreti.

Modus XXVII. Alternis dictionibus vtitur,
& litera quælibet significantium in octa-
uam seq. transfertur.

Modus 27. premissa una vacante alteram significatiuã immediate sub-
iicit & ita consequenter, alternis vicissitudinibus procedit literã vera
cuiuslibet dictionis significantis primam transfert in octauam postea in pro-
ximam sequentem, ita vt pro litera A. capiatur i, pro b k, pro c. l, & sic con-
sequenter, vt alphabetum postscriptum clarius demonstrat.

A. b. k. c. l. d. m. e. n. f. o. g. p. h. q. i. r. k. s. l. t. m. u. n. x. o. z. p. a. q. b. r. c. s. d. t. e. u. f. x. g. z. h.

Ad exprimendum huiusmodi alphabeti consequens ponamus exemplum ut dictiones secreti literas permittentes dictionum significantium primas, postea exemplum.

R. l. q. f. | f. t. m. u. | m. i. d. | m. f. | b. r. l. q. | t. r. u. d. | f. f. v. d. d. n. x. | f. f. r. n. | m. r. u. q. r. r. n. i. r. l. q. d. s. l. g. d. e. v. | v. r. t. | m. n. v. | p. n. l. m. n. | f. x. m. | i. x. m. n. c. | d. b. x. m. f. | f. s. n. e. d. x. .

Intentio Secreti.

Ich wolt daß du mich lieffest wissen / wie die Sache steht mit dem Gelt / vnd andern mehr / wie du weiffst.

Exemplum XXVII.

SD. Exiit rumor de Limburgensi abbate, qui dimiserit fratrem Fleisdorfsensem virum fidelem & temporalium rerum expertum, nouosq; induxit monachos causa egentes ipsosque sibi deputantes officio miror vehementer, fratrum consilia veruntamen cum recorder consuetudinis Limpurgensium dicere quidquam nescio, Temporalium rerum siquidem nescij, idcirco dimiserunt virum fidelissimum quando sancta eorum redarguit, qui debuissent gratias dixisse saluatori nostro I. C. pro fidelitate tanti fratris, qui recuperare eorum necessitates potuisset. Miseri quare reicitis bonum necessariumque administratorem? Quid dicam, non laudo recessisse tam utilem fratrem temporalium peritissimum rerum Limpurgensibus subuenisset quod scelerrime, doleo vehementer ita desipuisse Limpurgenses monachos, qui virum dimiserunt optimum & monachos nihil penitus valentes in rebus temporalibus oconomos constituerunt, Machari abba non sic virum decebat, primo laudabas nunc repellis virum, multo meliorem nullique postponendum, Fateor si enim Christus mihi dedisset, illi, ut Christianum decet, maximas gratias agerem curaremque ne discederet vsque vestrum Christo moratus malui isti virum fidelem prauo falsorum consilio fatigatum dimittere, ne viderer rebus tuis desertis spes est recuperandi. Vale. Ex Sponheim. Non. Ian. Anno Domini 1499. I. b. Trith. Abb.

Modus XXVIII. Præcedentis instar dictionibus alternis utitur, & significante literam in nonam transfert.

Modus 28 instar præcedentis alternis dictionibus utitur, quartum primam est vacua, secunda significativa, tertia iterum vacua, quarta significativa, & sic consequenter literam autem quamlibet in nonam sequentem transfert, ita ut pro A, capiatur k. pro b, l. pro o, m. & sic consequenter, sicut in alphabeto patebit secreto, sciendum vero quod iste modus multipliciter variatur, sicut & ceteri omnes, sed cum alicui volueris pro admiratione dare legendum quippiam istius rei artem nescienti, cauere capias singulas significativas, sed alterius, quia tutius est alphabetum.

Ak bl cm dn eo fp gq hr is kt lu mx nꝛ. oa pb qc rd se
tf ug xh zi.

Tenor Secreti.

Lieber Guardian/diese zween ewre Brüder haben sich sehr vnchristlich gehalten mit worten vnd wercken.
Literæ significantes.

Vsolodqkd. nskz, noepogggodiggozildgnodrkloz, esmr
eodoazqoseef. usmr, qorkrn, oz xff, gggadfoz, nggodm to
Zr, qorkrn. oꝛ, xffggg adfoz nggodmtoꝛ.

Exemplum XXVIII.

SD. Religiose venerandeque pater, scio quod omnia amicis libenter concedis optata, propterea deprecor humiliter quatenus in tactum Katholice pietatis diutius apud nos detentos summa cum charitate tuos zelosos fratres non egre feras, oportuit namque eos me obsecrante manere, gloriosum nobis gaudium erat gaudentibus non ociose, sed deuotissime exultauimus in deuoto gaudio speciosi Deo Apostoli bono zelo referentes, latitia nostra deuotissima erat, gaudium quoque nostrum moribus omnifarum sanctissimis decoratum, frater religiosus atque catholicus nostram latitiam pulchre ornauit sanctissimo zelo disciplina. Exultauimus enim sine dissolutione mentis semper religiosissime conseruantes, Erat nobis omnibus strenue deuotus atque oratione simillimus, amor diuinus Ecclesieq; animarum quarum pietate ornatus,

ornatus, nobis idēā omnem materiamq; exhibuit disputandi feruenter vehementer accedente sanctissima deuotione mentis in religione pietatis. Quid tibi obsecro conuentu religiosus, ubi catholica conuersatio viget, ubi nihil dicitur ociosum nihil celatum iniquum Christus Iesus saluator omnium faciat nos gaudere in gloria superna, atq; Dei amor feruorq; omnes veros zelatores veritatis recreet. Gausissimus gaudio sancto orantes & deprecantes, ut mente fratres tranquilla suscipias, omnemq; amaritudinis zelum deponas. Vale, ex Sponheim. Non. Ian. Anno Sc. Domini 1598. Ioannes Trithemius Abbas.

— Modus XXIX. Alternis dictionibus utitur, & quaelibet litera significantium prima in decimam transfertur.

Modus 29. similiter alternis dictionibus ut precedentes utitur, incipiēs ab una vacante, cui mox subiungitur altera significantia, iterum una vacua, iterumq; significantia una, & ita consequenter usque ad finem propositae narrationis, litera autem cuiuslibet dictionis significantia prima in undecimam sequentem transfertur, ita ut pro A, capiatur l. pro b, m. pro c, n. & sic consequenter, sicut patet in ipso alphabeto.

A l, b m, c n, d o, e p, f q, g r, h s, i t, k u, l x, m z. n a, o b, p c, q d, r e, s f, t g, u h, x i, z k.

Tenor Secreti.

Hüte dich vor Bringer dieses Brieffs/ ist ein böser Knab/ getrawe ihm gar nicht/ er betreugt dich/ ich kenne ihn gar wol.

Literæ significantes.

S h l g s. l o t. n. s. l q. l h l e l l. m e. p. a. c. p. e. f. o t. f. m. e. t. p. q. f. p. e. t. f. g. p. t. l. a. m. b. f. a. p. e. u. a. l. m. p. r. p. q. e. h. p. p. z. p. r. l. e. a. u. f. g. l. p. e. m. p. o. e. h l r. p. g. o. t. n. s. n. f. u. p. a. a. t. a. h. l. t. x.

Exemplum XXIX.

SD. Cum sis artium humanitatis studiosissimus, gaudebis utique opinor te inuenisse nouum studiorum socium, iste qui tibi has literas exhibet

uir

vir multa scientia est, summus philosophus, subtilissimus arithmeticus, eloquentissimus Rhetor, mathematicus profundissimus, omnifarieque excellenter doctus, ornatissime loquitur, Tulliana nitens facundia, nisi tibi essem amicus tantum, virum penitus retinuissem, quando, eo familiariter usus philosophorum doctissimum expertus sum tibi maxime fauceo tantum gratanter suscipias philosophum, quem tibi singulari amicitia inductus mitto, te quoque benivolam illi familiaremque exhibendo philosophum summum probabis. vidi quaedam artium secreta literis ornatissimis mandata quibus patris miranda. Respondere cum per propositas sibi gravissimas quaestiones ex tempore homo doctissimus potest in proponendo utitur zelo disputandi promptissimo. Hunc ego quatenus liberaliter humaniterque excipias omnium artium bonarum humanitate & familiaritate doctissimus gravissimusque defensor. Enimvero poterit te erudire in multis quoniam Philosophus est ornatissime doctus, egregius historiologus, peritissimus Rhetor quoque promptus, & Geometer acutissimus. O utinam tales essent nostri quicumque studentes, qui tumido pectore necessarium contemnunt studium. Iste vero studiosus philosophia, & alias scientias, atque artes profunde amat, continue tractat, & acutissime penetrat. Hunc ergo amore suscipito, liberali vultu tracta, fidelis Christianum confirma. Vale ex Sponheim Non. Ian. Anno Domini 1499. Ioannes Trithemius.

Modus XXX. Alternis dictionibus progreditur & litera significatiua in undecimam transfertur.

Modus 30. ab una vacante incipiens per alternas dictiones progreditur, ita ut semper post unam vacantem alteram significatiuam per totam narrationis seriem ponat, quemadmodum in precedenti quoque modo & aliis ostendimus: Porro per quartam literam significantis dictionis prima sequens post eam capiatur undecima ita ut pro A, capiatur m. pro b. n. pro c. o. & sic consequenter ut patet in alphabeto.

A m, b n, c o, d p, e q, f r, g s, h t, i u, k x, l z, m a, n b, o c, p d, q e, r f, s g, t h, u i, x k, z l.

Tenor Secreti.

Sie haben mir geschrieben das ich zu ihm komme/
aber ich komme nicht/du schreibest mir denn vorhin.

Litera

Literæ significatiuæ.

Guqt m n q b a u f s g o t f u q n q b p m g u o t l i u t a x c a a
 q m n q f u o t x c a a q b u o t h p i g o t f q u n q g h a q f p m b i c
 f t u b.

Exemplum XXX.

S D. De genitrice perpetua Maria Virginis tibi orationem mitto sicut
 nuper postulasti: *Quæ uiuis amantissima benigna mater alma Maria
 virgo parens fulgentissima. Tu summa unitati quoque es gratissima, tu o-
 mnium inuocantium auxiliatrix fidelissima, tu quærentium te nobile refu-
 gium, quotidie namque sanctitatis beneficium salua pauperum aduocata
 mitissima, consolatrix gementium, pulcherrima uirtutum, apotheca orna-
 tissima, Aue tristem refocillatrix benignissima, fideliumque Christi a-
 micorum promotrix celeberrima, gaude Anna solamen merentium, gau-
 de nobilitatis fastigium, spesq; certa fidelium laborantium, veniam nobis pe-
 tentibus impetra, tremendum Iudicem Christianitatis mitiga, compunctos
 corde adiua, auferas animas nostras quaesumus, tua bonitate sanctifica, be-
 nedicta tu virgo mater honestissima, qua peperit integerrima, uirgoque
 genuit Saluatorem omnipotentem Dei filium, manens tamen uirgo semper
 quoque purissima, Nuncius Gabriel quam plenam gratia salutauit, huma-
 nitate matrem. Aue mater seu indulgentiæ fons inexhaustibilis pietate, ful-
 gens pietate maxima magnitudine beneficiorum cunctis reuerendissima,
 tuis intercede pro famulis, nos tuis orna uirtutibus ut beatudinem conse-
 quamur post huius uite terminum benignitate saluatoris omnium fidelium.
 Et qui sanguine uisificauit miseros nos te intercedente sua benignitate pie
 suscipiat mortuus, Amen. Vale. ex Sponheim. 7. Iduum Januarij, Anno
 Domini 1499. Ioh. Trith. Abb.*

Modus XXXI. Per alternas dictiones progre-
 ditur, & litera significatiua in duo-
 decimam mutatur.

Modus 31. a vacante una per alternas ociosas rite significatiuas vicissim
 progreditur, ita ut semper post unam dictionem uacantem una significa-
 tiua subiungatur, pro litera autem prima cuiuslibet dictionis mysterij secre-
 ti duo-

F

ti duo-

ti duodecima sequens post eam accipitur, ita ut pro A, n. pro o. p. capiatur & huiusmodi alfabeto sequente ostendemus.

Alphabetum.

A n. b o. c p. d q. e r f s. g t. h u. i x. k z. l a m b. n c. o d. p e. q f. r g. s h. t i.
u k. x l. z m.

Tenor Secreti.

Der alt Abt von Fleißdorff wil den von Reinhartsborn die Nasen abschneiden. Hæc est intentio mysterij sequentis.

Literæ significatiuæ.

Q r g n a i r n e i k d c s a r x h q a g s s b x a q r c k d c g r t c u n g q i b o d g e
q x r c n h r c n o b p u c r x q r c.

Exemplum XXXI.

S D. Omnis qui de rebus tēporalibus eleemosynas virtutibus mundas agit, & ante rem transitoria nemo potest esse amator iustitie, quonia charitas vera diuidi nulla conditione pot. Sancta deniq; religio fidei Christiana mūdā amorem interdicit hominibus suis, quia qui diligit mūdāna gaudia, fælicitatem æternam amittit, catholicus nō catholice viuens, Christum non amat, & qui amat res temporales bonus esse catholicus non dicitur, qui creatorem amat gaudet in rebus spiritualibus, Christi amator cunctas mundi vanitates contemnit, nec curat gaudia hominum iniquorum amator mundi sanctas odit virtutes, de futuris gaudiis nihil curat penitus qui agit Christiane unius rebus intenti cogitatis que non sunt honestas, agit religioni contraria nolite miseri obsecro nolite huius mundi perituras mox diligere vanitates Curate potius Christum amare quatenus vos recipiat ad cælestia regna. Vale. Ex Spanheim. 7. Iduum Ianuarij, Anno 1499. Ioannes Trithemius Abbas.

Modus XXXII. Per alternas vicissim progreditur & dictionis significatiuæ prima in 13. transfertur.

Modus

Modus 32. in alternis dictionibus instar precedentium utitur narratione quoque mysterij ab una vacante incipit cui semper vicissim una significatiua adiungit, pro litera ac significatiua dictione prima capit 13. sequens post ea in ordine alphabeti pro A. cap. tur o. pro b. p. pro c. q. & sic consequenter: ut patet.

A o. b p. c q. dr. es. ft. g u. h x i z. k a. l b. m c. n d. o e. p f. q g. r b. si. t k. u l. x m. z n.

Noch heynit vmb 9. Vhr/ wenn du mich an dem Wald
hörest pfeiffen mit einem Schlüssel/ So kom herab zu
mir. Hæc intentio latet occulte in narratione
subsequenti.

Literæ significatiuæ.

D e q x s z d k l o p q - l x h l l , d r l c z q x o d r f e l l o b r x e b f
i k f t s z t t / d c z k s z d s c i q x b l i i / b i e a e c x s h o p n l c z b .

Exemplum XXXII.

SD. Omnipotens Deus creator æternus omnium, qui per filium Christum, nos Christianos redemit, Zelum dedit amoris catholici per lumen gratiæ credentibus nobis pietatem insinuans, dedit & liberalissime suum dilectum natum hominem ex carceribus libera nos omnes credentes de potestate Tartarei lugentes, destruens carcerem tenebrosissimum rabulamque deuincens. Quid tibi Christe nos Christiani reddere digne poterimus homines infirmi sine operibus iustitiæ fidem catholicam profitentes: orantes ergo deuotissime te redemptorem nostrum summis laudibus concelebramus, dicentes: Laus tibi æterne omnium saluator benignissime qui redemisti nos sanguine tuo fragilitatem nostram zelo confirma tui amoris, salua nos dulcissime saluator Iesu, cordibusque nostris zelum fidei infunde. Sanctus est zelus tuus, compunctionem operarum in cordibus querentium te Christe Iesu benignissime illustra, Christe Iesu benignissime lumen æternum, illumina tenebras seruorum tuorum bonitate solita, Saluator Iesu salua animas nostras æterna conferens gaudia, Christe exaudi seruos tuos humiles, & omnibus peccata indulge exorantibus salua Christianos famulis licet dignissimos, consigna nos zelo tuo humiliter petimus, Amen. Vale ex Sponheim, 6. Iduum Ian. Anno Domini 1499. Ioh Trith,

Modus XXXIII. Alternis dictionibus procedens vt superiores primam significatiuam transfert in 14.

Modus 33 narrationem secundam ab una vacante incipit, & instar præcedētis per alternas vicissim procedit, pro prima vero cuiuslibet dictionis significatiua literam sequentem post eam loco 14. accipit, vt pro A. capiatur p. pro b. q. pro c. r. & sic cōsequenter iuxta ordinem alphabeti huiusmodi qui sequitur.

Alphabetum.

A p b q c r d s e t f u g x h z i a k b l c. m d. n e. o f. p g. q h. r i s k
t l. u m x n. z o.

Tenor Secreti.

Er ist noch new/versuch ihn vor ganz wol ehe denn ihm viel vertraut. Er trincft auch gern Wein vnnnd ist wunderbarlich. Hæc est intentio Secreti huius.

Literæ significatiuæ.

T c a k l e f r z e t m m m t i k m r z a z e m f i x p e l o m m f c t
z t s t e a z d m a t c m t i l i p m l t i l i a e r b l p m r z x t i e m m
t a e m e s a k l m m m e s t i o a r z

Exemplum XXXIII.

Ioannes Trithemius, Sanctis monialibus in monte olim Ruperti catholice
cam fidem lucida virginitate exornantibus fœlicitatem, continuo religio-
nis sanctiss. zelo præmemorati ceteri regis maximi famulum mittimus nobis
multo ex postulatum tempore virum magnum virum magis in temporali-
bus experientur. Ioannem vestris caritatibus notum monasterij Uleis dorfen-
sis religionis feruore zelosum, multe tempore Abbate, nouamq; Abbatiam
libere dimittentem accessi propterea sicut vobis commiseram monasterium
Limpurgense, in quo Christo seruebat precibus continuis & sanctis lectio-
nibus scripturarum occupatus cum monachis eiusdem descenderet, tempo-
raliumque rerum suscipere curam, procuratorque fieret cellarius Abbas
Limpur-

Limpurgensis instabilitate solita animo mutatus dimittere eum tandem consentit oranti cum maxima instantia, vixque obtinere ab eo consensum potui Christo volente tandem consensit. licet timide, ideo qui monialibus seruire timeat, quod leuiter mutantur timet non immerito, nam sicut nos instruxit experientia aliquibus Moniales & economis suis reddiderunt, pro benefactis non laudabilem mercedem fœmineus animus repente mutatur amaritudine, Christo autem tribuente confido, illum vobis esse utilem Christianos esse monachos & saluatorem nostrum timet, bonique est intellectus muliebrem ergo mutabilitatem cocroentes admoneo, quatenus esse constantes memineritis, suscipientes eum in sancto honore atque sincera charitate, omnem leuitatem animi muliebris, deponentes maxime adiuuate nos & recuperate statum rerum temporalium, vestro in monasterio collapsum, prodesset auxiliante Christo redemptore nostro zelatore castitatis. Vale. 7. Id. Ioannes Trithemius.

Modus XXXIV. Similiter alternis vtitur & primam cuiuslibet significantis in 15. transfert.

Modus 34. ab vna vacante ut superiores incipit & per alternas similiter procedit, ut prima si, ociosa, secunda vero significatiua, tertia iterum vacua, quarta rursus significatiua, & sic consequenter vsque ad finem narrationis proposita, porro pro cuiuslibet significatiua dictionis litera prima capitur c, in ordine alphabeti sequentis post eam 15. ita ut pro A, cap' a r r q. pro b, r. pro c, s. & sic consequenter, sicut patet in alphabeto quod sequitur.

A q. br. cs. dt. eu. fx. gz. ha. ib. kc. ld. me. nf. og. ph. qi. rk. sl. tm. un. xo. zp.

Tenor occultus.

**Morgen vmb 9. wird der Amptmann kommen/
vnd den Bauren die Rüh nemen/ behalt die deinen das
heim.**

Literæ significatiuæ.

*Egkz ufer funfnbktukgehmeqfoge eufostrufrankef
thpnafruefruahdmtubfarqabue.*

Clavis Steganographiæ Exemplum XXXIV.

S D. De Ecclesiasticis scriptoribus grandem feci catalogum quemadmo-
dam fraternitati tuae nuper videndum exhibui nimisq; repente conclu-
dens fateor me nonnullos prelexisse famosissimos viros non quod vicibus eo-
rum beneficiorum inviderem catalogi quemadmodum manuum pensator
tumidus criminator verbis stultissimis, catalogum vituperantes qui me exi-
stimavit suos homines non memorasse sola ex invidia quod falsissimum. Ete-
nim conceptionem sanctissimam genitricis Dei ego scripsi & affirmavi sem-
per venustissimam fuisse sine novo originalis excessus, quod tumidus pensa-
tor tumide reprehendere volens dixit. Fulgentissimam virginem creatam
originalis noxa contra catholicam observantiam vanissima temeritate esse
maculatam, temeritas perdita beatissimam virginem velle deturbare. Colo-
nienses autem nobilissimi Doctores volentes insani fraudulentis opinionem
veritati contrariam extirpare citant vanas suas fabulas, revocare compu-
lerunt, virginem beatissimam asserentes, confirmante quoq; statuto debere
credi mundissimam nulloq; tempore, quamvis brevissimo originali sorditati
subiacuisse, tibi frater qui veritatem amas, crediq; virginis puritatem bre-
viter ista explicare volui. Vale.

**Modus XXXV. Alternis dictionibus utitur &
prima cuiuslibet significantis in 16.
permutatur.**

Modus 35, ab una vacante similiter incipit cui mox significativam ad-
iungens vicissim per alternas procedit, in hoc autem modo pro quali-
bet primo ponatur significativum 16. post eam sequens accipitur A. pro A. ca-
piatur r. pro b s pro e. t. & sic consequenter, ut ponamus in ipso alphabeto quod
sequitur.

Alphabetum.

Ar. bs. ct. du. ex. fz. ga. bb. ic. kd. le. mf. ng. ob. pi. qk. rl. sm. tn.
uo. xp. zq.

Tenor Secreti.

Der Abt von S. Johannes Berg helt Commu-
nia mit den Bawren/bleibt nicht viel in dem Closter/
vnd

und fehret auch im Narrenschiff. Hæc est intentio Secreti, quæ sequitur.

Literæ significatiuæ.

V x l r i n o h g m : c h b r g m s x l a b x e n t h f f o g c r f o n n
 x g s r o l x g s e x c s n g c t b n o c x e c f t e h m n x l o g u z x b l x
 n r o t b c f g r r x g . m t b c z .

Exemplum XXXV.

M Ihi venerande in Christo Patri Limpurgensi æconomus, cum tali do-
 mino Ioanne Kleisdorffense nuncupato Ioannes ouilis Spanheimensis
 humilis Abbas gaudium cælorum Moniales S. Ruperti gubernatorem
 suum nimia auaritate concupiscunt, teque humili rogant beneuolentia,
 quatenus rerum temporalium gubernatorem ipsius monasterij suscipias
 seruire sanctis Christi virginibus laudabile est, atque meritum bonum re-
 rum spiritualium eiusdem cœnobij notumq; visitatorem te in Christo hono-
 re complectentem, grauem moribus, ornatum virtutibus, consilio cautum o-
 mnibus dilectis charum nobilem Abbatem, vite merito Christo indubiè gra-
 tum, monasterij D. Ioannis optimum pastorem literis tam Christianorum
 quam gentilium, omniq; sapientia inter eruditos omnes celeberrimum, cuius
 sapientiam æstimare nemo potest. Gregem sibi commissum optime nouit pa-
 scere, zelosus virginum Christi castus est, quarum clausarum seruat pro-
 missum. Non timeas sub eo tam honestis seruire monialibus, qui nouit sponsas
 Christi secundum legem monasticam optima discretionegubernare, qui vir-
 tute & zelo fidei Christiana sibi libenter in veritate subuenit. Hunc virum
 virtuosum Bingenensis pastorem cœnobij huius familiarem amicissimumq;
 gubernatorem tam religiosarum virginum libenter assumas laborem tuum
 Christus immortalitatis glorie remunerabilis monialium sponsus, tibi eter-
 nam beatitudinem retribuet cum ipso zelo zelatus fuerit. Vale. Ibid. Ian.
 Anno Domini. 1449.

Modus XXXVI. Instar præcedentis alternis
 dictionibus utitur, & prima signifi-
 cantis in 71. transfertur.

Modus 36. à vacante incipiens significantemq; coniungit alternis dictio-
 nibus

nibus utitur, & prima cuiuslibet significatiua dictionis in 17. post illam sequens mutatur, ita ut pro A, capiatur s. pro b. t. pro c. u. & sic consequenter usque ad finem narrationis proposita, ut in sequenti alphabeto.

Alphabetum.

A. s. b. t. c. u. d. x. e. z. f. a. g. b. h. c. i. d. k. e. l. f. m. g. n. k. o. i. p. k. q. l. r. m. s. n. t. o. u. p. x. q. z. r.

Tenor Secreti.

Pfaff Heintz von Mandel hat eine von S. Catharin davon geführt/findestu ihn/ so nim ihn gefangen.
Hæc est intentio mysterij sequentis.

K a s a c z g d o r p i h g s h x z f c s x z d h z p i h n a s o c s m d h x s p i b b z a p c m o a d h x z n o p d c h n i h d e d c h b z a s h b z h.

Exemplum XXXVI.

Fides catholica non saluat nisi ardore diuini, nominis fulciatur, crede & zelum amoris Dei non hic nihil omnino conducit redemptioni anime, pluris namque homines nunc inueniuntur fide gloriantes catholica, sed pauci sunt fidei Christiana opera operantes, sine operibus fides moritur, credunt multum, sed mandata Dei paucissimi obseruant. O zelus fidei debilis quem habere fortiores homines increduli possunt honestate naturali pœnis cruciabantur inferni, gentiles homines qui non credunt Saluatore mundi factum fuisse Dei filium, hominemque factum zelo redemptionis humane, sed Christianam fidem sanctis operibus minimi exornant, peccatisque semper inuoluti orandi honores aeterna beatitudine proferunt impias actiones fidei puritatem prauis moribus contra obedientiam maculantes, amatores autem Dei, qui habent rectum Christiana fidei zelum nihil proponentes Christum Iudicem placatum habebunt, dabitque eis honorem sempiternum, hunc ergo de sermonibus his, qui de fide gloriaris, ama Deum & habebis mercedem beatitudinis iustitiam zelantium, si amaueris vanitatem seculi contra honorem Dei, prauum recipies zelantium iniquitatem horrores inferni. Job. Trith. scripsit 4. Id. Ian. Anno M. ID.

Modus

Modus XXXVII. Per alternas vicissim progreditur, & prima cuiuslibet significantis in 18. transfertur.

Modus 37 instar precedentis ab una vacante incipiens per alternas vicissim progreditur, ut cuiuslibet litera signifi. atina dictionis prima in 8. post eam sequentem transmutetur, ita ut pro A. capiatur i. pro c. x. & sic consequenter, sicut patet in ipso alphabeto quod sequitur.

Alphabetum.

A. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. x. y. z.

Intentio Mysterij.

Jacob Seum hat nun gesprochen/ er wöll dich erstechen/ so bald er dich mög anköm en/ hüt dich vor ihm.

Literæ significatiuæ.

E t x k u o a q h d i p i q i c k o l n k x d a i a n q q e g z e x d a n o p a x d a i o k u t g z a n z e x d b k a c t i f k b h a i d q p z e x d b k n e h.

Exemplum XXXVII.

Vitam eternam contemnentes temporalia pro xpo moribus catholicis in veritate conseruantes obtinebimus eternam letitiam, quibus est promissa pœnitentibus a superbis sine dubio promittunt temporales letitias & gaudia contemptis vite intuitu aterne gaudiis futuris continentibus Deum amantibus, qui orationibus sacrisq; lect. onibus scripturarum nouerunt insistere catholicis moribus Christum imitantes, Deum amantibus non paratur infernus, quoniam auersi Deo nihil aliud quam vanitatem querunt condemnantes aterna maiestates gaudium, humiles zelum amaritudinis elati non Christo, sed diabolo seruietes, amatoribus Dei nominis premia optima sunt promissa, sed amatoribus mundi Christianisq; superbis Deus preparauit amarissimas pœnas inferni. Quid obsecro facit catholicum hominem veritatem annuere, dico, tu qui gloriaris sine zelo diuini amoris, teque affirmas Christianum, non ostendere zelum tuum & fidem Christia-

nam moribus ignis, sed humilitate abiecta catholica traditionis, credis sine amore non te arbitris iustum & fidelem, enimvero qui fidem habet, sed tamen diuinum amorem negligit impius est de fide quoque frustra presumit diuini Zelator amoris est, qui Christianam fidem deuotis ac bonis operibus quotidie exornat, & qui humilitate submixtus amat Deum, Iob. Trith. 3. Id. Ian. Anno M. I. D.

Modus XXXVIII. Vicissim alternatis vtitur, & prima significatiuæ dictionis in 19. transfertur.

Modus 38. per alternas dictiones vicissim progreditur instar priorum, cuius dictionis significatiuæ prima in 19. sequentem ex ordine transfertur, ita pro A capiatur v. pro b, x. pro c, z. & sic consequenter, ut patet in alphabeto subscripto, poteris nihilominus & hunc variare modum, ut non alternis tantum, sed singulis duabus, ternis, quaternis ad placidum modorum signis apponendis, uti poteris.

Alphabetum.

A. b. x. c. z. d. a. e. b. f. c. g. d. h. e. i. f. k. g. l. h. m. i. n. k. o. l. p. m. q. n. r. o. s. p. t. q. v. r. x. s. z. t.

Secreti intentio.

Wisse das Hans Schwerd viel vbel von dir red in deinem Abwesen/ vnd nimpt sich doch an für dir als sey er dein fast guter Freund.

Literæ significantes.

Rr f p b a u p e n k p p z e r r b o q r f b h r x b h r l k a f o o b a f k a b f
k b i u x a a b p b k r k a k f i m q p f z e a l z e n k e r o a f o u b p
p b f b e a b f k c n p q d r a b o o o b r k a.

Exemplum XXXVIII.

Omnium rerum pater Rex & factor hominem primum creauit Adam, cui uxorem in paradiso coniunxit virgini virginem significans catholicam ecclesiam pastoribus coniunctam.

Modus

Modus XXXIX. Etiam alternis utitur & prima dictionis significatiua in 20. transfertur.

Modus 39. vicissim alternis dictionibus utitur incipiens ab una vacante aut precedenti unā subiungit significatiuam, deinde iterum vacuam unam, iterumque significatiuam, & sic consequenter usque ad finem proposita narrationis Porro altera prima cuiuslibet dictionis significantis transponitur in 20. proximam sequentem, ita ut pro A. capiatur x. pro b, z. pro c, a. & sic consequenter, ut patet in ipso alphabeto.

Alphabetum.

Ax. bz. ca. db. ec. fd. ge. hf. ig. kh. li. mk. nl. om. pn. qo. rp. sq. tr. vs. xt. zv.

Intentio Secreti.

Dir wird geschrieben herzu kommen / ist mein rath / du thust nicht / Wann der Anschlag ist dich zuvertrecken / oder in ewige Gefängnuß zu setzen / hüt dich.

Literæ significatiuæ.

Bgppsiprecqafpozclfcpxfhmkkclgqrkglpxrbsbcqqglglg
esxlbopxlqafixegqrbgafusscpbpclabelmbcpglcissgeecdcl
elgqusqrcrlfscbbgaf.

Exemplum XXXIX.

O Benignissime Iesu gratias ago pietati tue sanctissime, qui sanguine tuo genus humanum patri tuo reconciliasti, pendens eleuatus in cruce miserabiliter, quassato corpore animo tristi, facie consputa, portansque nostra crimina per zelū ineffabilis charitatis, nostros liuores sanasti, floridā iuuentutē corporis propter nos vulneribus durissimis fudisti atque hominē uinificasti mortuum, nimia karitate deuictus, catholicamque restituens cōmunionē mori laboriosissime uoluisti. Gratias igitur quas possum redemptori tibi charissimo ago, gemens & lacrymans memoriam passionis tue, Chr. ste saluator reme-

morans. O benignissime Iesu salva me bonitate tua solita, mihiq; cuncta indulge queso precamina, quoniam tu laus & gloria mea, letificans me gaudio sancto, redemptor meus sana me. Sanctifica me Christe verum lumen cordiū. Benedico te conditor mundi potētissime. Rex Christe salvator lumen inextinguibile, queso purifica animam meam, fautor omnium illumina me, Christe amator excelsæ fidelium gloria te quarentium me respice, da beatitudinis sempiterna gaudia, da amoris tui feruentissima incendia, Vita Iesu sanctorum omnium salvator mundi, clementissime Iesu, per dolorem benedictæ acerbissimæq; passionis tuæ concede mihi lumen intellectus amorisque tui humili puræque conscientia radios lucis prægustare. Miserere mei bone Iesu clementia fons pietatis abyssæque gratiarum plenitudo lumen supernorum cœlium mihi que sanctæ charitatis suavissimum dulcissimumque gustum infunde, eripe me examinatore omnium cordiū, & da mihi cum puritate letitiam & exultandem in laudibus tuis glorificans te, quoniam dolore vulnerum tuorum sanasti me. Quid retribuam charitati tuæ redemptor meus, compatiore tibi lacrymans, & foelicissime passioni sanctisq; vulneribus corporis tui benedicens. O benignissime gratias immortales ago, respice famulum tuum, Amen. Ioh. Trith.

Modus XL. Alternis dictionibus utitur, & quamlibet literam significatiuam primam in 21. transfert.

Modus 40. instar preced. ntiā alternis dictionibus eadem vacua & significatiua utitur, & prima litera cuiuslibet significatiua dictionis in 21. proxima sequentem qua est vltima nostri per ordinem transfertur, ita ut pro A, capiatur z. pro b, a. pro c, b. & sic consequenter, ut patet in alphabeto huius 40. modi quod sequitur post. Iste modus autem sicut & ceteri omnes in diuersas alias variatur, ut vel singulis utatur significatiuis, vel alternis vel pluribus.

Alphabetum.

Az. ba. cb. dc. ed. fe. gf. hg. ih. ki. lk. ml. nm. on. po. qp. rq. sr. tt. ut. xv. zx.

Literæ significantes.

M n b g g h m s i l a m s m o r z q s l h m z m o d u p o b g k z f d a k.

a b c d e f g h i j k l m n o p q r s t u v x y z
 a d m a z l d m.

Intentio Secreti.

Noch heynt vmb 9. wart mein an dem Schlag bey
 der Brucken/da wil ich dich suchen hinder den Bäu-
 men.

Exemplum LX.

Agite misericordiam nunc breui tribulationes generis nostri gra-
 uissimas ab hominibus infidelibus mortesque crudelissimas sustinebi-
 tis indurati, Turca in Christianitatem longe lateque ab Ungaria ma-
 gnum exercitum Turcicos homines more bestiarum truculentus inuasit
 transiit Danubium zelo impietatis quasi igne succensus propterea lugeant
 omnes homines statim morituri ubi zelus vester miserrimi Christiani con-
 stantia & deuotio ubi? Longe per nefas concessit Christiana benignitas tuo-
 rum grauitas fidem catholicam deseruit. Zelus & feruor amoris diuini pro-
 cul abiit, propterea hostes fidei Christiane interficient deuorabuntque homi-
 nes quasi locustas. Audiuimus enim quam grauitur Turcus Ungariam, Bo-
 hemiam, Poloniamque inuasit, vrbes destruxerit, infantes, mulieres, virgi-
 nesque congregatas sacratasque que zelo Dei retinuerunt castitatem turpif-
 sime stupravit horribiliterque interficiens catholicos quoscunque. Omnes
 annihilans crudelitas eius homines & bestias superat Germaniam totam re-
 pente suo turbabit exercitu bellicosissimo nisi generalis defensio principum
 sine mora resistat, flentes igitur humiliemus nos maxima animorum contri-
 tione, orantes Deum intentissime quatenus nos conuertat sanctis dimissis mi-
 sericorditer, liberans nos ab inimicis, qui animas nostras conantur tradere
 morti, Anno Domini, CCCC. XCIX. XI. Cal. Martij.

Ioannes Trithemius Abbas Sponheimensis.

G 3 CAPL



CAPITVLVM II.


DE ALIIS XXII. MODIS OCCVL- TE SCRIBENDI, QUI IN SVPERIO- RIBVS HABENTVR.

IN superioribus huius primi libri capitulo, Serenissime Princeps, ar-
tis nostræ Steganographiæ quadraginta modos per ordinem digessi,
quorum copia licet ad quæcunque scribendum occulte vnicuique posse pos-
si sufficere, tamen vt viam studiosis demonstremus, maiora perierit in-
di, operæ pretium existimo, & alios per exemplum scribendi modos
explicare, quemadmodum igitur in præcedenti capite inter alios 22.
modos vltimus per transpositionem litterarum alphabeti, in sequentes
per ordinem posuimus. Ita nunc secundum vnum v'ginti duarum lite-
rarum alphabeti nobis duntaxat necessarium quinque literas significa-
tiuas in præcedentem per modos singulos anticipemus. In qua antici-
patione primus istius capituli modus cum vltimo præcedentis concor-
dabit, secundus cum penultimo, & sic consequenter vsque ad vltimum
istius qui erit primus capituli, transpositiones conuenientes modum
variant.

Primus Modus huius secundi capituli, singulis
litteris significatiuis vtitur, & litera quæ-
libet in vna accipiatur.

Primus huius secundi Capituli modus singulis dictionibus significatiuis
vtitur, & qualibet litera cuiuscunque dictionis prima in præcedentem
immediate transfertur. Ita quidem in 17. modo quasi litera significatiua
immediate sequens ponitur. Ita hæc præcedens prima capiatur, oportet autem
vt pingas alphabetum in circulo tam in isto modo quam in sequentibus o-
mnibus in quibus litera transponuntur. Ita vt hic pro A capiatur z. pro b, a.
pro b. c. vt patet in alphabeto per circulum.

Potest



Poteſt autem modus iſte ſicut & reliqui omnes multipliciter variari hic per alternas, binas, ternas, quaternas, ſive plures ad placitum ſcribentis, ita tamen ut ſigna convenientia unicuique adiungat, alioquin & ipſe facile quod ſcripſerit poteſt obliuiſci & nemo intentionem eius percipiet. Nunc autem ſub literis poſitis deſignet quota ſit qualibet litera, b a, que eſt prima in alphabeto omnium linguarum, ſed iam nunc ad explicandum hunc modum procedamus brevioribus quidem ſententiis utentis quam ſupra uſi ſumus.

Alphabetum.

Az. ba. cb. dc. ed. fe. gf. hg. ih. ki. lk. ml. nm. on. po. qp. rq. sr. tſ.
wt. xh. zx.

Intentio Secreti.

Wart mein Morgen umb neune mit Gewalt.

Literæ ſignificatiuæ.

Tempus tranſit. z. i. d. t. z. q. ſ. i. l. h. m. d. n. q. m. l. t. l. a. m. t. m. l. h. f. d. i.
t. z. k. ſ. i. ſequitur.


Exem.

Exemplum primi.

Tempus transit & elemur quicquid sinceritatem leuemus humiliter mentes
lugendo nostra quotid e errata. Tempus lugendi adest, mundemus te-
nebras motuum, linquemus hoc seculum, fugientes desidia tor; orem, teneam-
mus Zelum catholica sanctitatis. Amen. Ioannes Trithemius Abbas scripsit
6. Calend. Mart j. Anno Dominica incarnationis. M. I. D.

Secundus Modus alternis dictionibus utitur,
& literæ significantium in secundam
præcedentis transferuntur.

Secundus vero modus huius Capitali ab una vacante incipiens a'ternis
dictionibus, ociosa & significantia per ordinem proposita narrationis uti-
tur, & prima litera cuiuslibet significantia dictionis in secundam immedia-
te præcedentem translata anticipatur, ut pro A, accipiatur x. pro b, z. pro
c a. & sic consequenter, ut patet in tabula rotunda hic posita, quam in al-
phabeto plani quod propter faciliorem modum scribendi posuimus. Rubra
autem litera nostrum usitatum sunt alphabetum, ex quo qualibet eorum
in hoc modo scribendi nigra in rotunda superposita, ad propositam narratio-
nem mysticè accipitur.



Alphabe

Alphabetum.

*Ax. bz. ca. db. ec. fd. ge. hf. ig. kb. li. mk. nl. om. pn. qo. rp. sq. tr.
vs. xiz. zv.*

Intentio Mysterij.

Ich bitte dich komm von stund an zu mir / es thut
sehr noth.

Literæ significantes.

*G. afzgbcp g a f h m k. s u l q r s t b x l v j k g r g q b j c q
et p m g r.*


Exemplum secundi.

Creator generis humani aspice Deus famulos tuos zelo rectitudinis gu-
berna quatenus bene conuersantes consequamur premium gaudium
caelestium. Adiuua nos fragiles miserosq; homines sanctis que moribus exorna
catholice pietatis sancto quasumus, mentes nostras lumine illustra quatenus
tuam recolamus passionem sedulo cum lacrymis operibus bonis Iesu Chri-
ste. Saluator libera nos virtute effusi sanguinis tui catholice unitatis guber-
nator salua populum tuum grauiter afflictum, quem dudum beatissimo effu-
so sanguine in cruce moriens redemisti, aspice quam affligitur grauissime po-
pulus sub crudelissimo Turco, libera nos miseros per gratiam qua redemisti
nos, Amen. Ioan Trith, Abb, Anno domini M I D.

**Tertius modus per singulas significantias pro-
greditur, & literis in tertiam præce-
dentem transfertur.**

*Tertius modus huius secundi capituli per singulas dictiones significantias
ut primus progreditur, & cuiuslibet dictionis litera prima in tertiam im-
mediate transfertur. Ita ut pro A capiatur v, qua tertia ante ipsum per z. &
qua tertia & ita consequenter, ut patet per ipsas literas & numeros in rotula
positos, potest autem & iste modus variari quemadmodum & ceteri non so-
lum progrediens per singulas significantias, sed etiam per alternas, binas, ter-
nas, quaternas vel plures ad placitum cuiuslibet scribentis.*

H Alpha-



Alphabetum.

Au. b. x. c. z. d. a. e. b. f. c. g. a. n. e. s. f. k. g. l. b. m. i. u. k. o. l. p. m. q. n. r. o. s. p. t. q. u. r. x. s. z. t.

Intentio Secreti.

Bringer diß Brieffs ist ein böser Knab/ nit getraw
ihm zuviel.

Literæ significatiuæ.

*X o b k d b o a f p x o f b e p f p q b f k x l p b o g k u x b k f q d b q o r b f i b s
x c f b.*


Exemplum tertij.

Charissimum optimum benignissimumq; catholicorum defensorem be-
nedicentes oportune adoremus fideliter per Christum omnis faciat be-
nam charitatem fidei ponat. quietem beatitudinis fides catholica Christum
laudet per bona opera, gaudeat. catholicus victor Christus bonis catholicisq;
factis quotidie deuotissime benedicat, quoniam ornatus religionis baltheo
feli-

felicitatem infinita beatitudinis tenebit, remunerationem capiens fulgentissimi honoris. Ioh. Trith. Anno Domini, M. CCCC. XCIX. feliciter.

Quartus modus singulis dictionibus significantibus utitur sed literæ in quartam præcedentem transferuntur.

Quartus modus istius Capituli per singulas significantias instar præcedentis ex ordine progreditur, sed literæ occulti mysterij in quartam immediate præcedentem anticipata transferuntur, quemadmodum in rotula subiecta clarius demonstratur.



Hic primo prima litera alphabeti A, capiatur, quæ est quarta in circulo ante ipsam, pro b, v. pro c, x. Et sic consequenter, ut patet in rotula. P. rest autem iste modus cum ceteris variari per alternas, binas, vel plures sed quia per singulas procedendo significantias plura secreta paucioribus manifesta possumus occultare placuit nobis propter breuitatem hunc modum assumere.

At. bu. ex. dz. ea. fb. gc. hd. ie. kf. lg. mb. ni. ok. pl. qm. rn. so. tp. uq. xr. z. s.

Intentio Secreti.

Der Pfarzherz von Bing ist vmb einß verschieden/
lug nach der Pfarz. Hæc est sequentis apertæ nar-
rationis secreta iuxta hunc modum intentio.

Literæ significatiuæ.

*Zanldania q ki veiceopdeipqbuaeioganoxdaeZaigge
ritxdZanldtinnai.*


Exemplum IV.

Zelatorem animarum nostrarum laudaturi diuino amore nos ingiter
accidamus quascunq; calumnias inutiles vanitates aternas iucundita-
tes cupientes, ecce omnia prater Deum & iustitiam praterunt. Quare hanc
vitam amamus exitioque immergi optamus, quare abducimus nos, oremus
Christum deuotionisq; amoris aternum zelatorem assidua instantia, grani-
bus quotidie commaculamur impellimurque tentationibus Christe dulcissi-
me zelum amoris nobis largire dulcedinis tui, nec noceat animabus iniqui-
tas, Amen. Ioh. T. i. h. scripsi 10. Calend. Martii, Anno domini M. I D.

Modus quintus singulis significatiuis vtitur
& quælibet litera in quintam ante
se transmutatur.

Modus quintus autem huius secundi capituli ad instar precedētis nullas
dictiones vacuas recipit, sed per singulas significatiuas mysteriū proce-
dit. Nec credo aliquem huius artis inscium occultata per hos modos posse a-
liquando inuenire, dum etiam artem scienti & non bene usitato sit difficile o-
mnia penetrare: litera autem omnium dictionum latentes mysterij transfe-
runtur in quintam immediate precedentem, ita ut pro *A* capiatur *s*. quæ est
in circulo alphabeti.

Quinto



Quinta ante eam pro b, t. pro c. v. Et sic consequenter, ut patet in rotula. Qui vero hunc modum per alternas binas, vel plures voluerit variare, quia non omnibus est facile scribendo per singulas incedere signa modo cuiuslibet appropriata non obmittat, alioquin facile in errorem incidet, Et nihil lectori utilitatis scienter impendet.

Alphabetum.

A. s. b. t. c. n. d. k. e. z. f. a. g. b. h. o. i. d. k. e. l. f. m. g. n. h. o. i. p. k. q. l. r. m. s. n. t. o. v. p. x. q. z. r.

Intentio secreti mysterij.

Morgen umb 7. sey gerüst vund swart meiner am
Kreuz.

Litteræ significatiuæ.


G. i. m. h. p. g. t. n. z. s. h. n. d. b. z. m. p. n. o. p. h. x. p. p. s. m. n. g. d. h. s. g. v. m. p. o. r.

Clavis Steganographiæ Exemplum Quinti.

Grauius insistentes mentis humiliter postulamus grammata tua noua
Zelotes trinitas honestum nobis dona bonus zelus malum persequitur
nō operatur, petimus humiliter Christe piissime pastor succurre, morbis gra-
uibus delectis heu sumus grauati veniam miseris presta optime redemptor. Io.
Trith. Abbas posui 7. Calen. Martij, Anno M I D.

Modus sextus per omnes significantes pro-
greditur & grammata quodlibet in 6.
præcedens collocatur.

Modus sextus huius quoque capituli per omnes dictiones significantes
prioris instar progreditur, nullam prorsus vacantem admittens & se-
creti mysterij literæ omnes ita transpositæ sunt, ut pro A, capiatur sexta pro-
cedens in rotula qua est r, pro b, s. pro c, t. pro d, t. pro e, x. pro f, z. pro g, A.
& sic consequenter iuxta ordinem alphabeti in ipsa rotula positum per nu-
merum numero alphabeto suppositum, facile & sine labore potest scire, quan-
tum unaqueq; litera distat ab alia & quota sit in ordine utriusq; alphabeti.
Jam sequitur rotula,



Alpha

Alphabetum.

Ar. b. s. ct. d. v. ex. fz. ga. hb. ic. kd. le. mf. ng. oh. pi. qk. rl. sm. tn.
 0. xp. 29.

Intentio Mysterij.

Nicht nit̄ diesen Mönicht zu gehorsam/er ist ein wille
 der Meyer.

Literæ significantes.

G e n g c f u x m x g f h g e r u q o n n b l a t m e r f a l c m n x e g o o c b e x l f s
 t x l.


Exemplum VI.

Gloriosum clementem nostrum generationē conditorē factoremq; uni-
 uersitatis Christianam memoriam Christi gestorum faciens humili-
 tate genibus cuncto tempore uendicat. Quare obmutescimus. Aspiciamus
 Christum baiulantem lumeris lignum maiestatem redimentem famulos
 Christus ligno confixus moritur nobis Chr̄ste crucifixe glorificator optime o-
 mnium credentium baiulantes exaudi, Chr̄ste lumen fulgidum Chr̄ste tri-
 umphator Christianos libera. Anno Domini, M. l. D. 9. Calen. Martij, Ioan.
 Trithemius abbas composuit.

Modus septimus per omnes significatiuas pro-
 greditur & in 7. præcedentem literæ trans-
 ponuntur.

Septimus autem modus huius capituli nullam ociosam recipit, sed in nar-
 rationem occulti mysterij per significantes singulas procedit. Verum tā-
 x̄p̄a uala secreti mysterij omnia transponuntur in 7. quamlibet literā imme-
 diate præcedentem, potest autem & iste modus variari multiplicate sicut
 docuimus suo loco de singulis. Literæ autem omnes dictionum occulti myste-
 rij. Ita in 7. præcedentem conuenienter sunt transpositæ, ut pro A, q̄ capiatur,
 quæ septimo distat, ab eo loco retrorsum numerando, sicut numerus supposi-
 tus clare indicat, pro b̄ capiatur r, pro c, s. & ita consequenter secundum or-
 dinem rotula subsequentiis.

Alpha.



Alphabetum planum.

A q. b r. c s. d t. c v. f x. g z. h a. i b. k c. l d. m e. n f. o g. p h. q i. r k. s l. t m.
v n. x o. z p.

Intentio secreti mysterij.


T. b. l. b. l. m. x. q. l. m. v. b. f. c. u. s. c. e. g. f. r. v. t. v. p. d. n. b. n. b. f. f. t. k. l. m. n.
v. v. f. b. f. t. s. v. e. x. v. d. t. v. t. q. n. s. a. v. k. f. v. l. m. n. f. t. d. n. a. m. s. v. b. f. t. b. v.
p. f. l. m.

Exemplum VII.

Temporalium bonorum letitia blandis lubricisque malis Christianis
quietem letitie mortali variis bellis fatigat caro vanitas seculi crimi-
nosa est, qui futuri regni beatitudinem temere vili pendunt, dati nequitiis
boni nullius bestia fautores ferociores tramitem vite catholice lucidum mise-
ri non requirunt, velociter fugiunt, bona falsa tamen sentiuntque uniuersa
et Christiana velociter deuoti tranquillitatem vita tenent, qui nunquam
sustinebit alternationes verus catholicus fugit vere letitiam mundi nihil facit
temere lucra non sectatur, amat munditia virtutem bonitatem, fulget transi-
toria bona vili pendit futuri luminis memor. Ioan, Trith.

Modus

Modus octauus per omnes significantes pro-
greditur, & in octauam Grammata
transponuntur.



Modus octauus vero in isto capitulo instar precedentis in narratione
mysterij d. Etionibus significatiuis per omnia utitur, & quelibet in oc-
cultu narratione litera in 8. precedentem immediate transponitur, ita ut pro
A, capiatur p. que retrorsum numeranda & octaua distat ab eo loco, sicut
patet in rotula numeranti. Pro b capiatur q, pro c, r. & sic consequenter per
ordinem totius alphabeti: variatur autem & iste modus ad unius cuiusque
placitum artem scientis per dictiones alternas, binas, ternas, quaternas vel
plures, ut suo loco dicemus.

Alphabetum.

A. p. b. q. c. r. d. s. e. t. f. u. g. x. n. z. i. a. k. b. l. o. m. d. n. e. o. f. p. g. q. h. r. i. s. k. t. l.
u. m. x. n. z. o.

Intentio secreti mysterij.

Deine Seindt werden Morgen vmb neun herkom-
men/

men/mit zehen Pferden/da hab dich vor zurichten.

Literæ significantes.

S. a. e. v. a. p. e. l. m. m. t. i. | t. e. l. d. f. l. e. m. t. d. q. e. m. e. z. t. i. b. f.
D. d. t. e. d. a. l. o. t. z. t. e. g. z. t. i. f. t. e. f. p. r. p. q. t. f. a. r. z. e. p. o. m. l. a.
r. z. l. t. e.


Exemplum VIII.

Saluator animarum aeterna virtus altissimi Patris, exaudi luctus miserorum mitiga tribulationes innocentium, succurre tentationibus, egestate laborantium desolatione fragilium. Iesu extende manum tuam defensionis, quatenus esse mereamur emundati zelatores tua iustitia. Benignissime fili Dei delictorum tenebras expelle, dulce animarum lumen omni tempore zelum temerarium expelle. Glorificator zelantium tuam iustitiam subueni te expectantibus sanctiam, persequentis rabula potenter quesumus tempera sanctissimumq; amoris radium zeloso exorantibus presta, O mitissime Iesu amator rectitudinem zelantium lachrymas tuorum examina. Anno Domini, M. I. D. 8. Kal. Martij.

Modus nonus omnibus significatiuis vtitur, & in nonam præcedentem quælibet litera transfertur.

Modus nonus huius præcedentis capituli in occultando proposito mysterij per omnes significatiuas institutionem siue ordinē dirigit & vacantem nullam penitus admittit. Omnes autem literæ secreta narrationis in 9 præcedentem transferuntur. Ita ut pro A, capiatur o, quæ est nona in ordine alphabeti ante eam sicut patet tam in rotula quam in alphabeto plano. Pro b capiatur p. pro e, q. & sic consequenter. Modus autem iste sicut & ceteri omnes in alios multos variari potest, non solum per alternas, binas ternasve, sed etiam in aliis tam diuersis dispositionibus, ut ex quolibet modo pene infiniti possint fieri.

Alpha



Alphabetum planum.

Ao. bp. cq. dr. es. ft. gv. hx. iz. ka. lb. mc. nd. oe. pf. qg. rb. si. tk. vt. xm. zn.

Intentio Secreti.

Die Sachsen versambeln ein groß Volck / mit weiß
sch off wem es gehe / sihe dich für. Hæc est intentio
mysterij.

Literæ significatiuæ.

*R. z. s. i. o. m. i. s. d. l. f. h. i. o. c. s. b. s. d. s. z. d. v. h. e. z. i. l. a. b. q. a. d. z.
k. l. h. s. z. i. z. q. x. v. t. l. l. s. d. z. i. v. s. x. i. s. x. s. r. z. q. x. t. u. h.*

Exemplum noni.


Religionis Zelotes saluator Iesu omnium mitissime innocentes suscipe
debiles libera seruos humiles, indulge orantibus crimina supplices bea-
tifica sedita disturbia salutem zelantibus Dominum veram humilitatem
I a expetimus

expetimus zelumq; iustitia, lux aeterna beatorum quarentibus adesse digne-
 ris, zelumq; catholica libertatis largire supplicantis rabuleq; insidas zi-
 zania quoq; Christianitatis vela turbantia largitor luminis sancte dister-
 mina, zonam innocentia, vinculumque sanctum Christiana iustitia suppli-
 cantibus Christianis subcinge, redime zelum quæsumus Christum tibi vi-
 dentem humiles. Anno M.I.D.7. Kalen. Martij, Ioannes Trithemius Abbas
 Spanheimensis.

Modus decimus singulis significatiuis vtitur,
 & in decimam præcedentem quæli-
 bet litera transfertur.

Decimus modus huius capituli, more præcedentium in occultando my-
 sterio singulis dictionibus significantibus vtitur cum nulla vacua pe-
 nitus admiscetur. Sicut vero esset difficile ad occultationem intentionis siue
 congruentiam orationis per singulas dictiones componere poteris tam in isto
 quam in aliis modis pene omnibus uti alternis, binis, ternis, quaternis, vel et-
 iam pluribus. Omnes autē literæ cum sint significatiuæ instar præcedentium,
 in hoc modo decimo in decimam præcedentem se literam anticipata tran-
 nuntur, ita ut pro A, capiatur n, quia in ordine alphabeti iuxta rotula de-
 monstrationem 10. ante eā pro b, capiatur o. pro c. p. pro d. q. Et ita consequen-
 ter per totum alphabetum, sicut patet in circumferentiam mediā intuenti.

Alpha



Alphabetum planum.

An. bo. cp. dq. er. ff. gi. hu. ix. kz. la. mb. nc. od. pe. qf. rg. sh. ti. uk. xl. zm.

Intentio mysterij.

Diese Bücher behalt bey dir heimlich. Hæc est intentio.

Literæ significantes.

Q. r. h. r. o. k. p. v. r. g. o. r. v. n. a. i. o. x. q. g. x. v. r. x. b. a. x. p. v. v.

Exemplum primi.


Q Visque retinere humilitatis regulam optat, catholica pietate vite re-
Etitudinem gubernet, oportet religiosum veritatis normam amplecti
iugiter. Omnis Christianus qui Christi gloriam veraciter requirit Christi
bonitatem amat, Christianis pollet virtutibus. Vale. Ioannes Trithemius
Abbas Sponheimensis scripsi. Anno M. I D. 7. Kal. Aprilis.

I 3

Modus

70 Cl. Steganogr. Ioh. Trith. Abb. Spanh.
Modus undecimus, vt præcedens singulis
significatiuis vtitur, & literæ in ii.
anticipantur.

Modus undecimus more præcedentium singulis dictionibus significanti-
bus in occultando mysterio progreditur, cui vacans nulla penitus ad-
misceatur. Porro literæ omnes in undecimam præcedentem immediate trans-
ponuntur, sicut patet clare intuenti alphabetum in rotula.



FINIS.

Impressum Darmstadtii apud Balthasarem
Hofmannum, Anno 1608.



Clavis generalis triplex

IN LIBROS STE- GANOGRAPHICOS

IOHANNIS TRITHEMII

ABBATIS SPANHEI-

Monasterij

MENSIS:

Septem

AB IP SO AVTHORE CONSCRI-
PTA, ET AMATORIBVS HVIVS

*artis gratitudinem declaraturis & secreto reti-
nentibus communicanda.*



DARMBSTADII

Excudebat Balthasar Hofmann, impensis Iohannis Berneri,
Bibliop. Francof. Anno 1608.

Cum Privilegio & consensu Superiorum.



CLAVIS GENERALIS TRIPLEX
IN LIBROS STEGA-
NOGRAPHICOS IOHAN-
NIS TRITHEMII ABBATIS
 SPANHEIMENSIS.



Laues generales nostri libri pri-
 mariaque sunt tres, ex quibus
 variatio omnium reliquorum
 dependet. Et consistit in permu-
 tatione vocalium cum conso-
 nantibus veluti in subsequen-
 tibus videbis exemplis.

1	2	3
$\left. \begin{array}{l} a b \\ e c \\ i d \\ o f \\ u g \end{array} \right\}$	$\left. \begin{array}{l} a h \\ e k \\ i l \\ o m \\ u n \end{array} \right\}$	$\left. \begin{array}{l} a p \\ e q \\ i r \\ o s \\ u t \end{array} \right\}$

Quæ ratio scribendi nimirum sic intelligi
 debet, vt vbi in secreto sensu tuo tibi a vocalis
 scribenda obueniat tu pro a, consonantem b,

a 2 ponas,

ponas, & vice versa, si occurrat scribenda b, tu pro b, vocalem a scribas, & sic in reliquis modis, qui etiam pro variatione, inuertuntur retrogradatione, videlicet, pro a g. pro e f. pro i d, quæ sicut est media, ita semper firma manet, nec vnquam mutabitur.

1	2	3
$\left. \begin{array}{c} a \ g \\ e \ f \\ i \ d \\ o \ c \\ u \ b \end{array} \right\}$	$\left. \begin{array}{c} a \ n \\ e \ m \\ i \ l \\ o \ k \\ u \ h \end{array} \right\}$	$\left. \begin{array}{c} a \ t \\ e \ s \\ i \ r \\ o \ q \\ u \ p \end{array} \right\}$

Iam exempli gratia si sit scribendum vocabulum Omnipotens, & hoc per primum modum, sic scribitur Fmndpftcns, Moulpmtkus per secundum, per tertium verò modum sic: Smnrasuqno. Inuersiue nimirum per tres posteriores modos, per primum sic: Cmndpctfns, per secundum sic: Kealpktmas, per tertium modum sic: Qmnrucasne. Et sic progredimur in integris sententijs. Modo ex his sex modis prædictis eriguntur hæ regulæ sequentes secundum quas te regulabis in nostri libri lectione, & quilibet subsequenti modorum variatur per quamlibet regulam prædictam. Et illorum variationem in multis nostri libri partibus obseruabis

uabis, quod in coniurationibus Dæmonum, in quibus secreta nostra abscondita sunt, & reuelata nostras regulas & sigilla scientibus. Et pro exemplo tibi fit subsequens sententia, quæ quemadmodum per omnes antedictas regulas scribi potest, ita nobis eam per primū modum hic ponere placuit. Miserere omnipotens Deus animabus famulorum tuorum in te piè requiescentium, quæ sententia per primum sic fit: Mdsccrc fmndpftcns icgs bndmbags obmg-lfrgm tgrgm dn te pdc rcqgdcscntdgm &c. Et si quidem propter defectum vocalium, h c tibi nullum datur vocabulum quippiam significās in libro nostro immiscendo. Inter tot consonantes vocales hanc regulam subsequentis exempli secuti sumus, videlicet accipiendo prædictas consonantes.

Midosā coracir ocaFa imni dapofa ti co ru sa
& ex quibus literis prima vel initialis tantum est tibi significatiua, quod mox nihil significatiua, vel vacās sequitur, & ita alternatim, veluti tibi puncta superius supra literas significatiuas notata demonstrant, & hic inferius per numeros abbreviationis causa, cunctæ regulæ & variationes demonstrabūtur, in quibus exemplis

a 3 o signum

CLAVIS GENERALIS STEGAN.

O signum vel 2ccr arithmeticum, quoties positum fuerit, tot tibi literas significatiuas denotabit, & mox sequens numerus tot significatiuas significabit.

Primus modus denotatur sic	10 10 10 10 10 10 10 10 10 10, &c.
Secundus modus sic	01 01 01 01 01 01 01 01 01 01, &c.
Tertius sic	200 200 200 200 200 200, &c.
Quartus sic	001 002 002 002 002 002, &c.
Quintus modus sic	0001 0001 0001 0001 0001 0001, &c.
Sextus modus	1000 1000 1000 1000 1000 1000, &c.
Septimus modus sic	0002 0002 0002 0002 0002 0002,
Octauus modus sic.	2000 2000 2000 2000 2000 &c.

Altera clavis generalis est, quæ fit tali modo, nimirum quod scriptor præcedat & lector sequatur, vt in hoc exemplo: Miserere omnipotēs Deus animabus famulorum tuorum, &c. scilicet, lhrdqdq nlmbrpsdmr edtr zmhlzatr ezltkngtl stngtl, &c. & hæ literæ quoniam ita iunctæ significarent nihil similiter per præcedentia octo exempla vel modos in libro nostro habetur. Tertia & vltima clavis generalis est sic facta, vt si tu velles scribere, Miserere Deus, &c. vti supra, tu sic facies, nimirum numerabis omnes tui sensus literas, & quot fuerint, in tot partes diuides easdem, veluti si duas per ter uolueris diuidere, tu habebis pro vna parte totius supra positæ sententiæ literas 45. diuisæ venient pro vna parte 22. & remanet vna, quam in fine
semper

semper subiunges reliquis & illas simili modo inferius denotato scribes & postmodum per antedictas regulas variabis.

Mainsiemraebuers ofmanmiuplotreuns idu-
eoursu. Atq; hic versus est per duo diuersus, per
3 autem sic facit: Mefinassme dnrclcuors reau
onmitmnu raopbrouutsm. Per 4. autem sic:
Miauiipnlsoio et mr reanenbmrs ut edsu oefu
m uar nsmu, &c. Et sic diuidendo progredimur
vsq; ad octo partes & postmodum ad faciendum
legenti literas quippiam significatiue, cum aliis
vocalibus interpositis per præcedentes octo re-
gulas in libro nostro progredimur. Et nullam a-
liam in lectione libri nostri difficultatem habe-
bis, nisi vt quamlibet coniurationem in princi-
pio, per quemlibet nostrorum modorum ad
inueniendum sensum nostrum examines, quod
tuæ industriæ cum hac clauis mox patebit. Qua-
re te rogamus pro salute animæ nostræ o-
rationem Dominicam di-
cere velis, &c.

FINIS.

